Pr̄a salutꝫ querēde īductiua.

Sc̄a vie tenende directiua.

¶ Quo ad primā quia viso de morte ꝯsiderando futura videduz est de iudicio/pulchre queritur. An hora iudicij sit nota alicui creature. Respōdet sanctus Bonauē. 4. sen̄. d. 48. q.

absque dubio / hora diei iudicij est nota toti trinitati et homini assumpto: sed ignota est omnibus in statu viatorum existentibus. Quia dicit Richar. ibid. d. 43. non est probabile quod aliis dominus reuelauerit: quod apostolis reuelare noluit: quibus de hoc querentibus rndit actuū. 1. Nō est vestrum nosce tempora vel momenta que pater posuit in sua potestate. Ut enim dicit glosa ibidem. Hoc nosce hominibus non expedit sed ita viuāt quasi quotidie iudicandi. Dicit etiā glosa super illud lu. 12. qua hora nō putatis. Ultimam horam semper ignorari voluit deus vt semper sit suspecta et ad eā semp prepa remur. Utrum autem angelis et animabus beatis sub certitudine per reuelationem nota sit: quidā dicūt quod sic / quidā quod nō sed certe quid sit super hoc tenendum magis docebit experientia pro loco et tempore quam nunc doceat scientia. Utrumque enim est possibile. Unde nō est facile hoc diffinire ait bonauē. De ipso autem tremēdo finali generalique iudicio. tria erunt nunc videnda.

Peremptoria videlz citatio.
Meritoria discutio.
Completoria diffinitio.

¶ Pro pmo occurrit illud Jo. 5. Mortui audiēt vocē filiū dei et qui audierint viuēt. Et parum post. Omnes qui in monumentis sunt audient vocem filij dei Ubi sciendū scdm richar. in. 4. sen. d. 43. principali tertio. q. 3 quod vox iesu christi qua precipiet mortuis resurgere non erit principalis efficiens causa reformationis corporum et vnionis animarum ad illa: sed virtus diuina: erit tamen instrumētalis Ideo prime thessallo. 4. In iussu et in voce archangeli: et in tuba dei descendet de celo. Jubebit enim xps pulueres seu partes quascūque corporum mortuorum recolligi per ministerium angelicum. Ideo dicit apostolus in iussu. Precipiet etiam christus ex illis pulueribus recollectis corpora reformari et reformatis animas reuniri: que duo fient per virtutem diuinam. Ideo dicit in tuba dei. Et tunc archangeli qui fuerunt custodes prouinciarū in principijs quas custodierunt clamabunt fortiter et sensibiliter sono articulato / et mediāte aliqua sensibili creatura: clamabunt inquā: quod omnes coram iudice compareant diffinitiuā sententiā et irreuocabilem audituri. Ideo addit in voce archāgeli. Ueruz quia vt notat ysidorus li. de summo bono. et habetur. 4. q. 4. c. Nullus vmquam. et c. nullus introducat: in qua

libet iudicio quatuor persone requiruntur videlicet.
Iudex
Reus
Accusator.
Testis
¶ Ideo in isto extremo iudicio erūt iste quattuor persone. Persona iudicis. scilicet christi venientis cū potestate magna et maiestate qui in forma humana gloriosa iudicabit auctoritate ordinaria inquantū deus: auctoritate delegata inquantum homo. Persona etiam accusatoris/immo accusatorum oim. scilicet demonum inferni. Persona quoque testis accipiendo singulare pro plurali omnium scz angelorum beatorum. Et persona rei omniuz scz hominum. Omnes enim nos manifestari oportet ante tribunal christi. prime Cori. 5. hinc sal. Mathei. 25. Cum venerit filius hominis in maiestate sua et omnes angeli eius cum eo tūc sedebit super sedem maiestatis sue/et congregabuntur ante euz oēs gentes. Ratio cur omnes personaliter comparebunt secundum ricar. de me. v. 4. seña. d. 47. principali primo. q. 4. Ut conscientie singulorum in presentia iudicis singulis pateant ad diuine iusticie manifestationē Et vt viui hic existentes et pregudientes per sacram scripturam quod sic oportebit eos personaliter comparere/ diligētius se preparent: ne in tanta congregatione coram tanto iudice extremam recipiant confusionem. Et vt singuli iudicem quo ad humanam naturā videant ad consolationē electorum: et reproborum ampliorē afflictionem. ¶ Pro secūdo iudicio sic disposito. Iudex eternus merita et demerita examinabit debite ponderando oia
Cogitata
Dicta
Facta
Commissa.
¶ Omnia cogitata vsque ad minimam apprehensionem. Sapientie primo. In cogitationibus impii interrogatio erit. Omnia verba vsque ad minimū ociosum. Mathei. 12. De omni verbo ocioso quod locuti fuerint homines reddunt rationē de eo in die iudicii. Omnia facta vsque ad minimum passum. Ecclesiastes vltimo. Cuncta que fiunt adducet deus in iudiciū/ et pro omni errato siue bonuz siue malum sit. Omnia etiā cōmissa nobis dona quecūque sint illa. Luce. 16. Redde rationē villicationis tue. Quattuor autem nobis specialiter commisit deus scz tempus: vt ipsum vtiliter expendamus. Res temporales: vt ipsas pauperibus

erogemus. Corpus vt ipsum in mūdicia teneamus. Animā ad ymaginē dei factā vt ipsam honoremus Sed qualem red dent rationē de tempore ocio si qui ipsum negligenter expē=dunt. De rebus auari qui eas communicare nolunt. De cor pore luxuriosi: qui eum inqui=nauerūt. De anima superbi et peccatores alij qui dei ymagi nem deleuerunt: ꝛ ymaginem dei superinduxerunt. Rom. i. Mutauerūt gloriā incorrupti bilis dei in similitudinē yma=ginis hominis corruptibilis/ ꝛ volucrum quo ad superbos q̄ super alios volare cupiunt: et quadrupeduz quo ad luxurio sos qui luxuriam in corpore ex cercuerunt quod quattuor ele mentis componitur: ꝛ serpen=tum quo ad auaros qui semp terram appetūt. Q' autem sic examinare ponderareq̧ habe at iudex eternus merita ꝛ de=merita notatur cū math. 25. ꝛ ꝙ separabit bonos a malis di cens electis. Esuriui ꝛ dedistis michi mādücare. Et reprobis Esuriui ꝛ nō dedistis mihi mā ducare. Et licet solū de elemo sinis fiat hic mētio eo ꝙ secun dū Augustinū omnia crimina elemosinis redimuntur/ si ta=men mores mutaueris/ exami nabit: nichilominus inuestiga bit ꝛ ponderabit omnia. O ait gregori' ꝙ anguste erunt tūc vie reproboꝝ. Superi' erit iu=dex irat': inferi' horrēdū cha os a dextris peccata accusan tia: a sinistris infinita demo=nia ad suppliciū trahentia: in=tus conscientia vrēs/ foris mū dus ardens/ miser peccator sit comprehensus quid faciet: la=tere erit impossibile/ apparere intollerabile. hec ille. ¶ Pro tertio. Iudex eternus merita et demerita examinata ꝛ pon=derata iuste sulabit. Quattuor autē modis corrūpi iudiciū cō sueuit. ꝩt ysidorus: et notatur, ii. q. 3. c. quattuor modis.

Timore

Amore.

Odio

Munere.

¶ Timore iudicium dampna ti pylati corruptum fuit q̄ ver=ba iudeorum audiens de accu satione apud cesarē magis ti=muit: et tm̄ ꝙ tradidit eū petiti oni eoruz: iniusteq̧ condāpna uit. ¶ Amore iudicium nequis simi herodis corruptuz est qui vt placeret herodiade quā pol luto amore diligebat iohannē baptistam iniustissime decolla ri iudicauit ¶ Odio iudiciū ini quorum iudeoruz corruptum est: qui odio ꝛ inuidia deprau ti iudicauerūt de christo reus est mortꝭ. Perit ait seneca om=ne iudicium cū res transieri

r

in affectum. Munere sepissime corrumpitur. Ideo iudicibus lege diuina prohibitur. exo. 23 Non accipies munera que etiam excecant prudentes et subuertunt verba iustorū. Ut enim di. 11. q. 3. c. pauper. Cito violatur auro iusticia: nullāq; reus pertimescit culpā quā nummis redimere estimat. Narrat iustinus q cum cyrus rex instituisset quēdam ad iudicandū repperissetq; semel cupiditate pecunie corruptum: et muneribus iniuste iudicasse: fecit eu decollari: ac pellem eius desiccatā ponere sup cellam vbi filius illius iudicis sedebat ad iudicandum loco patris vt caueret sibi a cupiditate munerum Christi autem iudiciū non corrumpitur timore: qr potentissimus est. Job. 22. Nūqd timēs arguet te: et veniet tecū ad iudicium. Non amore/quia iustissimus. Rom. 2. Nō est acceptio personarum apud deum. Non odio: qr optimus. Sapiētie. 11 Diligis omia que sunt et nichil odisti eorum que fecisti. Nō insuper corrumpitur munere qr ditissimus est. Prouer. 6. Non acqēscet cuiusq; precibus/ nec suscipiet pro redemptione dona plurima. Et quia eius iudicium corrumpi non poterit iuste sniabit: cū vt notat Math. 25. dicet electis. Uenite benedicti patris mei possidete paratū vob regnū a cstitutione mūdi: et reprobis. Discedite a me maledicti in ignem eternū qui paratus est dyabolo et angelis eius. Et tunc ibunt hi in supplicium eternū: iusti autem in vitam eternam. Unde summa diligētia se habent cuncti preparare ad ipsum diuinum magnumq; iudiciū sue saluti prouide cōsulendo: vti suggeritur ex assumpto vbo. Utinam. etc.

¶ Quo ad secundam partem Uiso de cordis mūdicia videndum vel breuiter de oris custodia. Debet enim sibiipsi quis custodiam ori. vt iuxta paulu ephe. 4. Omnis sermo malus ex ore vestro non procedat sed si quis bonus ad edificationē fidei: vt det gratiam audientibus. Ubi gregorius et habet 22. q. 5. c. quotiens. Quotiens vero loquimur aut non in oportuno tpe: aut non in oportuno loco: aut non vt conuenit audiētibus: tociens sermo malus procedit de ore nostro ad destructionem eorum qui audiunt. Consideremus itaq; qd loquamur: quia pro omni verbo ocioso reddituri sumus rationem in die iudicij. Hec ille. Et vt vult Augustinus. Mutū debet esse os hois nisi ad tria. scilicet ad laudem dei/ad accusationem sui/ ad edificatio=

nem pximi. Quãta autem sollicitudine ac industria moderanda custodiẽdaqꝫ sit lingua monstrari potest.

Auctoritate
Ratione
Exemplo.

¶ Primo auctoritate Canonica videlꝫ iuridica et poetica. Canonica prouer. 13. Qui custodit os suum custodit animam suam / qui autẽ immoderatus est ad loquenduꝫ sentiet mala culpe. inquit delyra et gehenne. Juridica seu ecclesiastica. De cõse. di. 3. c. nichil et est pius papa. Nichil pdest hoi ieiunaẽ ꝛ orare nisi mẽs ab iniqtate ꝛ ab obtrectationibꝰ lingua cohibeat glosa sup illud nõ pdest ƀt ad vitã etnã. vt de pe. d. 3. ℣. opponitur ꝛ c. si quis autẽ. Poetica cathonis. s. poete moralissimi di. Uirtutem primam puto ꝑpescere linguam. Proximus ille deo qui sit ratione tacere. Ratione inqꝫ. Nam vt ait gregorius in pastorali. ꝛ habetur 43. d. c. si rector. Sicut incauta locutio in errorẽ protrahit Ita indiscretum silentium eos qui eruderi poterant in errore derelinquit. Quod bene conside rans. ps ait. Pone dñe custodiam ori meo: et ostium circũstantie labijs meis. Ut non declinet cor meum in verba malicie. Non enim ori imponi parietem: sed ostium petit: quod videlicet aperitur et clauditur. Q si nesciat quis discrete loqꝫ tpe ꝛ loco prout decet: studeat saltem sapienter tacere. Job. 13. Utinam taceretis vt putaremini esse sapiẽtes. ¶ Secundo lingue custodia ostenditur necessaria ratione. Est nanqꝫ multiloquium.

Occasio culpe.
Signum stulticie.
Causa displicentie.

¶ Est primo occasio culpe. ꝓuerbio. 10. Jn multiloquio nõ deerit peccatũ. Socrates phs cuꝫ inter multos taceret: interrogatus cur hoc faceret: respõdit: qꝛ me locutũ fuisse sepe penituit / tacuisse vero nunqꝫ. ¶ Est secundo multiquium signuꝫ stulticie. Ecclesiastes. 10. Stultus verba multiplicat. Solon phs cum alijs loquentibus taceret: interrogatus vtꝝ taceret propter inopiam verborum: aut quia stultus esset. respondit. Nullus stultus tacere potest. ¶ Est tertio cã displicentie. Ecclesiastici. 20. Est tacens qui inuenitur sapiẽs: ꝛ est odibilis qui procax est ad loquendum. Xenocrates cuidam verboso ait. Si nostris auribus te audires taceres: quasi diceret. Si ṽba tua displicerent tibi sicut nobis taceres. Jdẽ etiam xenocrates cuidaꝫ multum loquenti ait. Optimuꝫ

et aures duas audiēdum a natura recepimus: quasi dicat. Pauca debemus dicere/multa audire. Ideo Jacobi primo Sit omnis homo velox ad audiendum/tardus autem ad loquendum. ¶ Tertio lingue custodia ostenditur exemplo q̄ʒ necessaria. Recitat enim beatꝰ gregorius libro. 4. dyalogorū de quadā sanctimoniali femina: que carnis quidā continentiā habuit: sʒ lingue procacitatem atqʒ stultiloquium nō declinauit. Hec igit̄ defuncta atqʒ in ecclesia sepulta est. Eadē autem nocte custos eiusdē ecclesie per reuelationē vidit/qꝛ deducta ante sacrum altare p medium secabatur: et pars vna illius igne cremabatur: ⁊ pars altera intacta remanebat. Cumqʒ hoc surgens mane fratribus narrasset: et locum ostēderet in quo fuerat igne consūpta. Ipsa flamme combustio ita ante altare in marmoribus apparuit: ac sic illic eadem femina igne corporeo fuisset cōcremata. Qua ex re apte dat̄ intelligi: qꝛ hiꝰ quibus peccata dimissa non fuerint ad euitandum iudiciuʒ sacris locis post mortem non valeant adiuuari inquit gregorius. Quā etiam sit dampnabili lingue vicium. Ut enim notat idem gregoriꝰ in pastorali. Si de ocioso sermone ratio exigatur: pensemꝰ que pene multiloquio maneat in quo etiam per noxia verba peccat̄. Propterea bene dicit̄ Jacobi primo. Si quis putat se religiosum esse nō refrenās linguam suā: sed seducens cor suū huius vana est religio. Ad linguagium siquidem cognoscitur de aliquo si sit ciues paradysi vel inferni futurus. mathei. 26. Loquela tua manifestū te facit. Paradysi cū loquitur v̄ba laudis: puta veritatis christi honorationis dei: edificationis proximi. Inferni cuʒ prorūpit in verba offensionis puta blaspemie/detractionis impuditie. Prouer. 18. Mors et vita in manibus lingue. Nō tam ratione gustus q̄ʒ ratione loquele ait bonauentu. Quot igitur proth dolor hominuʒ in baratri profundum descēdunt Quot ora laxata vides ad v̄ba vana/scurrilia: mendosa: ad iuramenta/periuria/blasphemias/ad susurrationes detractiones/contumelias/ad derisiones maledictiones subsannationes/ad v̄ba impudicie scādali et pessimi incitamēti. Acuerūt inq̄t ps̄ linguas suas sicut serpentes/venenum aspidum sub labiis eorum. Emēdentur ey a si sue saluti prouidere cupiunt vti excitantur in proposito verbo. U. inam. ⁊c̄.

Utinam. &c. vt prius sermone primo. Nec mirũ. habẽs eni ignẽ accensũ in domo sua / et extinguere nolẽs miraretur nullus si domus cumbureretur. Nec valet si diceret quis: quia voluntatem habebat extinguendi. Dicitur enim extra de reg. iu. li. 6. Mora sua cuilibet est nociua. Et de electione et electi potestate. c. cũ inter vniuersas. Ubicumq mora affert periculum nullatenus est differendum. Et. ff. ex quibus causis maiores. l. Non enim negligentibus subuenit: sed necessitate rerum impeditis. Sicut nullus miraretur si habẽs funem in collo nollens soluere vel prescindere suspendaretur vel strangularetur.

Ad obstinatos pctõres ignem infernalem nedũ per mensem vel per annum sed per annos plures in conscientia portantes funẽ quo suspẽdemini ab annis multis habentes verba sunt ista. Q' eni peccata mortalia ignis vocentur: testatur iob 21. de peccato loquens. Ignis est vsq ad perditionem deuorans. Q; vero eadem peccata funibus comparentur: testatur sapiẽs prouer. 5. Iniquitates sue capiunt impium: et funibus peccatorum suorum constringitur. O quot sunt damnati nunc qui talem ignem poterant extinguere / qui funem poterant scindere vel soluere qui tamen ineternum comburuntur. Quare emendati peccatores penitentiam agant: vti ex verbo inducuntur assumpto. Utinam &c.

Utinam saperent. &c. vbi supra due partes vt pus Pria salutis querẽde inductiua Secunda vie tenende directiua seu instructiua.

¶ Quo ad primam: quia viso de morte et iudicio videndum de supplicio / merito in primis querit. An deus possit pretermittere opera iusticie. Respondet Ricar. d. 46. quarti li. señ. q opera iusticie secũdum q iusticia respicit exigẽtiam demeritorum absolute: deus potest pretermittere et pretmittit etiam in punitione perpetua dãnatorum: quia punit eos citra condignum non q̃tum ad pene durationem: sed q̃tu ad intensionem respiciendo ad eo demerita absolute. Opera aũt iusticie secũdum q respicit exigentiam meritorum vel demeritor in comparatione ad condecentiam bonitatis suipsius retribuentis pretermittere nõ põt / sicut nec illud negare qd suam decet bonitatẽ. Hec ille.

¶ De supplicio autem reproborum tria sunt videnda.

Penarum varietas.

Penarum acerbitas
Penarum eternitas.

¶ Pro primo. Licet in inferno tanta sit diuersitas penarũ ac dolorũ varietas: ꝙ nec lingua posset exprimere: nec intellectus comprehendere: nec mẽs hominis cogitare/potest nichilominus ad duplicem penam reduci dampni et sẽsus. Nam pena est perceptibilis carẽtia boni conuenientis vel perceptio presentia mali disconuenientis. Pena dampni causatur precipue ex carentia visionis diuine. que iuxta ricar. vl. d. 4 senten. apprehensa vt ex actuali malicia proprie voluntatis proueniens. maior est pena q̃ pena sensus. Pena ꝟo sensus tam interioris q̃ exterioris causatur ex presẽtia supplicij. presertim ratione triplici.

Loci.
Socij
Tormenti

¶ Primo rõne loci. Est enim ĩfernus loc⁹ vilissimus ĩ cẽtro terre velut carcer damnatoꝝ a deo sapientissimo ordinatus tenebrosus et totus obscur⁹. Math. 22. Mittite eum ĩ tenebras exteriores Ueruntamen vt notat Tho. i 4. scripti. d. 50. q. 2. est ibi aliquid luminis q̃tũ sufficit ad vidẽdũ illa q̃ torq̃re possunt. Et ad hoc satis facit naturalis scit⁹ loci. quia in medio terre vbi infernus ponitur nõ potest esse nisi ignis feculentus ꝛ turbid⁹ ꝛ quasi fumosus. Hinc grego. li. 9. mora. ꝟs⁹ finẽ dicit. Ignis inferni q̃uis ad cõsolationem non luceat. tamẽ vt magis torqueat ad aliquid lucet. Nam sequaces quosq3 suos secum ĩ tormẽto reprobi flamma illustrante visuri sunt. quorũ amore deliquerunt. ¶ Secundo ratione societatis. Erunt nanq3 socij dampnatorũ nequissimi spũs et maligni dyaboli. Quãtũ enim sit eoꝝ societas dira atq3 molesta potest cognosci ꝑ effectus pestilẽtes quos exercent in illis quos deo permittẽte obsident in hac vita. Nam adeo illos turbant et sic grauiter vexant. vt quandoq3 sic obsessi muti aut surdi fiant. quandoq3 manibus proprijs seipsos lacerent ꝛ discerpant. quandoq3 nisi cathenis cõstringerent etiã domesticos et amicos conentur opprimere. Quid igit faciẽt dyaboli cum illis quos in inferno volente deo pro libito suo vexare poterunt. si talia agunt hic cum his qui de eorũ manibus et potestate possunt penitus liberari. ¶ Tercio ratione tormenti. Est enim ibi acerbitas ardoris. attrocitas algoris/immensitas fetoris/fumi obscuritas/tenebre palpabiles/procella terribilis/penuria famis/ariditas sitis/cõsor

tiū demonum/vlulatus et gemitus/fletus et stridor dentium. sūtq3 ibi alie innumerabiles pene scriptura teste. Inter quas pre desperatione blasphemabunt dampnati. seipos parentes suos/deum et angelos et omnē creaturā. Apoca. 16. Blasphemauerūt deum celi: pre doloribus et vulneribus suis. ¶ Pro secundo sumatur illud de dampnat3 dictū. Apoca. 14. q bibet devino ire dei. Et ysa. 24. Amara erit potio bibentibus illam. Siquid tam acerba est illa inferni pena q nulla alia siue mundi huius sine purgatorij ei est adequāda seu comparanda. Cuius acerbitatē probāt tria videlicet.

Intensio.

Impermixtio.

Continuatio.

¶ Primū est intensio. Job. 10 Deuorabit eos ignis qui non succendet. Omnipotētia siqd dei cuius virtute facta sūt oia et mouētur. dampnatos in inferno intensissimus ignibus faciet cruciari. quib9 eorum corpora vehementissime ardebūt et consumi omnino non poterunt. anime vero corpora viuificantes dolorem durissimum tollerabunt et mori non poterunt. O q̄ vrens q̄ ardēs q̄q3 laboriosa est illa flamma. In qua miseri lugebūt/clamabūt suspirabunt et non exaudient ysa. 33. Quis habitabit ex vobis cum ardoribus sempiternis. ¶ Secundum est impermixtio. Nam sicut in celo sunt omnia bona simpliciter vltima consummatione perfecta sine admixtione cuiuscunq3 mali. Ita in inferno sunt omnia mala in suo summo. sine admixtione cuiusuis boni/solatij aut refrigerij. Est enim ibi summus dolor/sūm9 ardor/sūma frigiditas/sūma egestas/sūma mesticia/sūma furia/sūma i cūcti malis acerbitas. Deutero. 32. Ignis succensus est in furore meo et ardebit vsq3 ad inferni nouissima. ¶ Tercium est cōtinuatio. Apocalip. 14. Non habent requiem die ac nocte. Nulla enim in penis cūctis interpolatio erit. Aliquātulum solatium est egroto quando aliqua interpolationis requies est in morbo. augmentum vero doloris est passionis continuitas. Judicum. 20. Nō erat morientium requies. Horribilia sūt predicta ad cogitandū/terribilia ad annunciandum: sed grauissima ad tollerandū Asserunt nonnulli et si falso se a peccatis minime abstinere posse puta luxurijs/vinolēcijs fraudibus/periurijs/detractionibus/rixis aut alijs. Quib9 dici potest illud iheronimi li.

de simbolo. Anathema qui dixerit christum dominum precepisse impossibile. Utinam facerent quod dicit prosp li. de vita contemplatiua. Ad penam inquã que peccato debetur. mens anteq̃ peccet aspiciat. cruciatus ac dolores qui sequi solent peccatorem carnalibus incentiuis opponat. nichil eã peccati delectabit. nec ad peccandum delectatio vlla inclinabit. Si inquit gregorius impij penas ad quas properant aspicerent: profecto gressus reflecterent. ¶ Pro tercio dicit Math. 25. Discedite a me maledicti in ignem eternum. Nõ enim solum multiplex et acerba quinetiam eterna est gehẽnalis pena. Nec cuiq̃ videat durum. cum iustissime de⁹ puniat malos eterno supplicio.
Tum propter obiectum.
Tum propter volitum.
Tum propter contemptum.
¶ Primo propter obiectum. Quelibet enim offensa consideratur non solum respectu actus sed respectu dignitatis ꝛ illius qui offenditur. Quanto etenim persona que offẽditur dignior est. tanto culpa in illã commissa grauior. et per consequẽs pena debet esse durior Sicut qui regem offendit grauius punitur q̃ qui offẽdit famulum vel aliquem rusticum Uidemus enim secundum iura ꝙ pro crimine leze maiestatis quis decapitat. vel perpetuam seruitutem demeretur. Si ergo tanta est offensa quãtus ille qui offẽditur cum mortaliter peccans deum qui est ĩfinitũ bonũ offẽdat. et caritatẽ ꝑ quã est societas beatorum. tam visione dei q̃ beatorum societate eternaliter ꝑuari debet et eterna pena puniri.
¶ Secundo propter voluntatem. Nam omne peccatum tãtum graue est quantum volũtas ad illud ardentius se inclinat. Et quia voluntas malorũ q̃ diu in hac vita sunt. Ita se inclinat ad peccatum ꝙ semper velit peccare. patet quia morituros se sentiunt et peccare nõ desinunt. veniunt ad ianuas mortis et de peccatis non veraciter dolent. ergo iustus iudex qui cor aspicit magis q̃ opus debet eos pena ieternum duratura punire. hinc gregorius. c. voluissent. de pe. d. pria Uoluissent iniqui si potuissent sine fine viuere vt potuissent sine fine peccare. Ostẽdunt enĩ quia in peccato semper viuere cupiunt q̃ nunq̃ desinũt peccare dũ viuunt. Ad magnã ẽ iudicãtis iusticiã ꝑtinet vt nũq̃ careant supplicio qui in hac vita nunq̃ voluerunt carere peccato. ¶ Tercio propter cõtẽp

tum. Peccatores namq3 con=
temp nunt infinitum bonum ꝛ
eternū gaudium: quod potuiſ
ſent eligere. Et quia volūtarie
elegerūt eternum malum. iu=
ſte illis eterna ſupplicia cōdo=
nantur. Unde auguſtin9. 21. li.
de ci. dei. c. 12. inquit. Fact9 eſt
malo dign9 eterno qui hoc i ſe
peremit bonū quod eē poſſet
eternum. Audiūt ſiquidē pctō
res ſcripturas clamantes/ ꝓ=
mittētesq3 tam feliciſſimis ꝛ co
pioſa bona atq3 iocunda in re=
gno celorum amicis dei et ipſe
de his non curant. Uocat eos
deus ad paradiſi delicias ꝑ di
cta ſāctorum ꝑ terrores cōmi
nationum per ſuauitatēq3 be=
neficiorū. ꝛ audire cōtempnūt
O benedicti dei ordinata iuſti
cia que malos eternis cruciati
bus deputaſti. Null9 profecto
de te conqueri poteſt. O miſe=
rabilꝭ dāpnatorū cōdicio que
tātam experitur ſeueritatem
vt finem illorum pena nūq3 ſu
ſcipiat. Libet hic inſerere exm̄
de illo qui pariſi9 habuit ſoci=
um qui religionē eſt ingreſſus
Cum euz viſitaret petijt ab eo
verbum edificationis. Cui di=
cit. Cum ingredi volueritis le
ctum domine ꝯſideretis i quo
iacebunt in inferno. Quo ꝟbo
motus ille i ſero noluit iacere
in lecto. ſtatimq3 religionē eſt
ingreſſus ſequendo ſentētiam

preaſſumptam. Utinam ſa. ꝛc.
¶ Quo ad ſecundā partē. Ui=
ſo de cordis mūdicia ꝛ oris cu
ſtodia. videndū de corporis di
ſciplina cum ſibi debeat vnuſ=
quiſq3 reddere hec tria. Diſci=
plina autē ſecundum hugonē
de ſ. vic. eſt mēbrorum omniū
motus ordinatus ꝛ diſpoſitio
decens in omni habitu ꝛ actio
ne. preſertim vt ſit quis.

Sobrius victu.
Moderatus habitu
Ordinatus geſtu.

¶ Primū igitꝭ de quo nunc vi=
dere ſufficiet eſt victus ſobrie=
tas. Pro quo occurrit illō gre=
gorij. Si a carne hoc quod li=
bet abſcidimus mox i ſpū qđ
delectat inuenimus. ꝛ illud ber
nardi. Si pnīa noſtra crudeli
miſeratione minuitꝭ paulatim
gēmis corona nr̄a priuatꝭ. Il=
lud etiā auguſtini. Si iquiras
inuenies non alitꝭ in nobis re=
gnare ieſum niſi ꝑ aſperitates
quo fit: vt delicioſi inimici ſint
crucis chriſti. Hoc ſuppoſito.
Cum ſcdm Tho. i ſcdā ſcde. q.
148. gula ſit inordinatus ap
petitus cibi ꝛ potus recedens
ab ordine rōnis in quo cōſiſtit
bonū ꝟtutis moralꝭ. debet ordi
nari appetitus ille cibi ꝛ pot9
quo ad tria ꝑcipue. vz quo ad

Quātitatem.
Qualitatem.
Modalitatem.

¶ P͛mo q̄ ad q̄ntitatē ne come-
dat quis nimis seu bibat. De
filiis eni israel in deserto pere-
grinantibus reprobe legitur.
ps. 77. Manducauerunt ⁊ sa-
turati sunt nimis. Et perpetra
ri pōt iste excessus ita circa vi-
lissimos cibos. sicut circa deli-
catos. De q̄ntitate autē cibi ⁊
potus nō pōt dari vna certa re
gula oībus scꝫ eandē mensu
ram. sed plus ⁊ minus exigit̄
scđm varietatē cōplexionū et
fatigationū. Unꝰ etiā ⁊ idem
plus idiget vno tēpore q̄ alio
secūdū dispositionē sui corpo-
ris. Tātū ergo pōt ⁊ debet q̄s
comedere ⁊ bibere q̄ntum cre-
dit se indigere ad sustentatio-
nē ⁊ executionē eorū que sibi
incumbunt agenda. Ita vt nō
vsq̄ ad nauseā sumat. sed cū
aliquali adhuc appetitu finē
faciat. Unde augustinꝰ li. ꝯf.
ait. Iussisti dn̄e vt ad alimēta
sicut ad medicamina acceda-
mus. Sicut eī sumit̄ medicina
nō ad delectationem/sed pro-
pter necessitatem. s. ad preser-
uandum corpus a morte. ⁊ cū
timore sumitur ne ledat: ita ci
bus debet sumi ad sustentan-
dum corpus ne deficiat ⁊ cum
timore ne offēdatur ex nimia
complacencia. ¶ Secūdo de-
bet ordinari appetitus cibi et
potus quo ad qualitatē ne q̄-
rat q̄s comedere cibos nimis
delicatos propter delectatio-
nem vt capones/fesanos/per-
duces/lampredas/strutiōes/
vina electa et huiusmodi. Hu
ic erat deditꝰ ille diues q̄ post
ea sepultꝰ est i inferno. Lu. 16.
Hoc peccato peccauerūt iudei
dum non contenti māna appe
tierunt carnes. ⁊ dn̄s dedit eis
coturnices. Sed quid? Adhuc
esce erant in ore ipsorum et ira
dei descēdit sup eos. nūeri. 11.
Si quis tamē vtatur cibariis
delicatis propter īfirmitatem
hos exigentem aut ꝓpter ge-
neris nobilitatem vt principes
aut propter temporis congrui
tatem vt in nupciis ⁊ cōuiuiis
discretꝫ. pōt hoc esse absq̄ pec
cato: vt notat augu. 41. d. c. q̄si
quis. ⁊ c. non cogant̄. Lauda-
bile nichilominꝰ est a pueritia
etiā filios nobiliū assuescere ci
bis grossioribus. Hoc sub exces
su comprehēdi pōt ponere ni-
mis de tp̄e ad preparādum ci
bos vt magis delectent. puta
vt sint varii assati lixi. cum a-
romatibus cum saporibus: et
huiusmodi. Hoc vicio labora-
uerunt filii hely. sacerdotis. vt
scribitur p̄mi reg. 2. ¶ Tertio
debet ordīari huiusmodi cibi
et potus appetitus circa mo-
dalitatem siue modum sumē-
di. ne videlicet nimis ardenter
seu nimia auiditate cibū ⁊ po-
tum quis sumat. Ad qđ ꝑtine

ervidet comedere nimis rapa citer ⁊ festinanter. Et licet q̃d habeant a naturali conditiõe vel assuefactione tamẽ corpori nocet quia non ita bene põt cibus digeri quasi integer deglutitus. ⁊ minꝰ bene edificat. Et cũ ꝓcedit ex inordinato appetitu delectationis gule peccatum est. Hoc inordinato appetitu hoc vicio superatus ꝓpter vnam escam. s. lentis edulium vendidit esau primogenita sua. vt recitat aplũs hebre. 12. ⁊ narrat gen̄. 25. hac sub i ordinatiõis specie comprehẽdi queunt. qui horam statutã vl' consuetã anticipare seu exire attemptant. absq; causa vrgente seu ratiõabili. Nã si exigit infirmitas vl' alia causa rationabilis omis hora est ydonea. Cum non est ieiunium cõmunis modus christianorum est bina comestio. s. prandium ⁊ cena. ⁊ per hoc sanius viuit. Qui eni comedũt pluries i die vt animalia bruta sunt: nisi labor excuset aut aliqua causa iusta. Sed quid de infelicibus porcinisq; horum temporum hominibus gulosis ⁊ ebriosis. inimicis crucis christi quorum deus venter est. et gloria in cõfusionẽ eorũ qui terrena sapiunt. Quibus inculcatur illud ysa. 28. Omnes mense plene sunt vomitu. Si verũ sit dicãt conuiuia nuptias et cõmatres frequẽtãtes. Utinã põderarẽt iacturã corpis et spũs tpalem et eternã quã propter hoc icurrunt. sed et innumera vt sic loquar inconueniẽtia cibi ⁊ potꝰ excessu prouenientia. Ut enim notat ambro. lib. de paradiso; habet q̃. 35. d. c. sexto die. Gula a paradiso regnãtem expulit. abstinentia ad paradisũ reuocauit errantem. Audiãt vl' ipsum saluatorem luce. 6. di. Ue vobis qui saturati estis q: esurietis. Ut vel sic resipiscant et penitentiam agant saluti ꝓprie consulte prouidendo. sequendo propositionis assũpte instinctum de peccatoribus dicentis. Utinam saperent. ⁊c.

Utinã saperent ⁊c. vt sermone prio vsq; Nec mirũ. Optarẽt omnes saluari: sꝫ paucissimi sũt qui opera salutis velint facere. Oportuit ei christum pati. luce vltio. nõ solum tempore passiõis sed etiã ab hora sue natiuitatis. ⁊ oẽs sancti passi sunt. Gala. 5. Qui christi sunt carnem suam crucifixerunt cum vicijs et concupiscentijs. Quid ergo mirum si plures dampnentur cum pene omnes corpis delicias q̃rant. et afflictiones pro dei honore et anime salute refugiãt. Dicitur enim. ff. ad legem iuliam maiestatis. l. 3. q' fugiens

a bello et principem suum relinquens infamis efficitur. Id habetur. 6.q.pria.c.infames. venitqz talis capite plectend9 ff.de re militari.l. Ad vos indu ratos peccatorez q̄ die noctuqz vacatis ludis delicijs igurgitatiōib9 ac voluptatib9. Pugnauit saluator contra dyabolum non armis corporalibus. sz paupertate/humilitate/fletu/austeritate vt princeps mūdi huius eiceretur foras. Sed nunc ipse saluator per psal. potest querere. Quis cōsurgit michi aduersus malignātes aut quis stabit mecum aduersus operantes iniquitatem. Proth dolor nunc potest dici de maiore parte christianorūz. quod de apostolis dicitur tempore passionis Mat. 26. q omnes relicto eo fugerunt. quoniam pauci sunt vel nulli qui eius sectentur humilitatem/ paupertatem et fletum. ymo pauci q̄ recogitent. quod nichilomin9 requirit: vt sue saluti prouide consulant. pūt innuit thema. Utinam saperent et intel. &c.

Utinam saperēt. &c. vbi s̄ Due partes.

Prima salutis querende inductiua.

Secunda vie tenēde directiua

¶ Quo ad primā qz tacto de supplicio reproborum dicendum vel breuiter de pena purgandorum pulcre in primis q̄rit. An pena purgatorij sit voluntaria. Respond. b. bonauē. d. 20. 4. li. senten. q aliqua pena dr triplicit volūtaria. Uno modo qz assumit a voluntate imperante. sicut est pena penitentialis. Alio mō qz sustinetur a volūtate acceptāte sicut est pena martyrum qz adeo placet q ea liberari non vellent.

¶ Tertio modo est q̄dā pena q̄ acceptat et sustinet a voluntate tollerante: vtpote pena q̄ est cū paciētia: ita q ei9 oppositum est in desiderio. sicut cum amans et desiderans sanitatē infirmat sustinet q̄d infirmitatē tanq̄z penā diuinit9 inflictā. tamē ab ea liberari procurat. et illud minime hz rationē voluntarij. Hoc modo est voluntaria pena purgatorij in viris iustis qui voluntarie eam sustinent et desiderant vehemēter ad patriam peruenire et ab alijs sibi auxilium preberi. De qua purgatorij pena sine qua paucissimi ad celum euolant. tria sint in presenciarum intuēda videlicet.

Ueritas.

Asperitas.

Iocunditas.

¶ Pro prio notat sacer bonauē. d. 20. 4. sētēn. q sicut dicit script a. & auct as sctōrum. & ples reuelatiōes & ratiōes cōcedūt

et ecclesia vniuersalis confir=
mat que orat pro existentibus
i purgatorio absqz dubio post
hanc vitā est ponere penā pur
gatoriā. An autē ad purgatio
nem aiar. sit aliquis locus spā
liter deputat⁹ dicit ricar. d. 21
4. senteñ. q in inferno sūt tria
loca se habentia scdm superi⁹
et inferius. In loco maxime i=
fimo sunt dampnati pro pctō
actuali. In illo q̄ est immedia
te supra illū sunt dāpnati p so=
lo peccato originali. In loco q̄
cōsequenter est supra illū sunt
aie que purgank quia ibi de le
ge cōi purgānk qzuis alique a
libi purgenk ex ali q̄ causa spe=
ciali. s. vel vt viuētibus aliquid
nuncient. vel vt suffragia p se
impetrēt. et vt patiēdo vbi pec
cauerūt dei iusticiā aliquibus
sensibilibus manifestēt. In ip
so autem purgatorio vt notat
bonauen. breuilo. parte. 7. ad
tps recipitur et igne corporali
spūs iustorū qui in hac vita nō
impleuerunt pniam et satisfa=
ctionem condignā. illic affligē
tur scdm plus et minus. scdm
q plus vel minus de cremabi
libus secum ex hac vita traxe
runt. Habetur enim tercū reg.
6. q malleus et securis z oīne
ferramentuz nō sūt audita in
domo cū edificarek: qm i padi
so nulla fiet purgatio. sz ātēqz
qs ibi itret oz ipsū purgari a=
deo vt aīa ei⁹ restituak i purita
te illa in qua erat nouiter bapti
zata. Heu durum verbū sed tñ
verissimum. In hui⁹ figura re
stituta est caro naamā leprosi
sicut caro pueri puuli. 4. re. 5.
O quādo purgabunk oēs sco
rie nostre tā cogitatiōes qz sen
sus verba et opera. Hic ponde
rare libet quō pctōribus non
iponik nunc pnia debita ppt
periculū transgressionis. sz ibi
totū supplek. qztū cōsultius a=
gerent peccatores si hic satisfa
cerent. Unde et verū est verbū
ezechiek. 4. Diē pro āno dedi
tibi. quia plus valeret hic vna
dies penitētie qz annus i pur=
gatorio. Aduertendū tamē cir
ca veritatē illi⁹ pene. iuxta bo
nauē. z ricar. q qzuis boni āge
li et mali assistant morientib⁹
boni ad iuuādum / mali ad no
cendum si possunt. tamen in lo
co penali ipsius purgatorij nō
puniunk aie misterio demonū
nec misterio bonor. angelor.
sz sola diua iusticia ignem pur
gatorij sicut instrumentū ap=
plicante ad punitionem earū.
¶ Pro scdo asserūt doc. theo.
q pena purgatoria sit maxia
omnium penarū tpaliū. Intel
lige ait bonauē. comparando
non minimam penam purga=
torij ad maiorem mundi. sed
maiorem purgatorij ad maio
rem mundi huius. Probatur.

Auctoritate
Ratione et
Exemplo

¶ Prio auctoritate augustini li. de vera et falsa penitentia ⁊ habetur de pe. d. 7. c. vlti. Hic etiam ignis: et si eternus non sit miro tñ modo grauis est excedit eni omnem penā quam vnquam aliquis passus est in hac vita. Nunqȝ in carne tanta inuenta est pena: licet mirabilia martyres passi sint tormenta. ¶ Scdo probatur ratione. Et secūdum ricar. potest sumi ratio ex causa ipsius pene. Nā pena causatur dupliciter scilicet ex absentia boni amati et presentia mali oditi. Et vtroqȝ modo pene purgatorij maior est qualibet pena temporali.

Anime enim in purgatorio qr motus earum non retardatur mole corporis vehemētissime desiderāt cū deo perfecta fruitione coniungi. Et ideo ex huius coniunctionis absentia vehementissime affligūtur/maxime cum videant tempus aduenisse: quo cum deo perfecte essent coniuncte si dum erant in corporibus penam suis peccatis debitam persoluissent. Similiter ignis affligens animaȝ in purgatorio magis est actiuus igne nostro: qui tamen inter alia elementa maxime est afflictiuus. Ideo pene purgatorij longe grauior est qȝ alia pena in hoc mundo. ¶ Tertio probatur exemplo. Refert nā qȝ ianuensꝭ de magistro silo habente parisius scolarē familiarissimum egrotantē: quē obnixe rogauit vt post mortem ad eum rediret: ⁊ de suo statu diceret. Rediens scolaris cū capa sophismatibus cooperta ⁊ intus flamma ignis tecta: qui asseruit illam habere ꝓ gloria quā in sophismatibus habuerat. Magister silo penam paruam estimans extendit manū suā ⁊ gutta cadente super eius manum citissime cum terribili dolore perforata est. Et ait defunctus. Talis ego sum totus. Illico magister silo seculū voluit deserere ⁊ religionē intrare. Et congregatis scolaribus dedit eis hec metra. Linquo coac ranis/luxuriam scȝ voluptuosis/cras coruis/auaritiaȝ scȝ auaris/vanaqȝ vanis/supbiam scȝ pomposis. Ad logicā pergo/ que mortis nō timet ergo. i. ad religionē vbi bene viuendo nō timetꝛ stimulus mortis. ¶ Pro tertio. Inter acerbitatem penarum sentiūt anime in purgatorio existentes multam iocunditatē maxime propter tria videlicet.

Propter certificationem
Propter subuentionem.
Propter sctōrum affectionem.

¶ Primo: quia iam certificate sūt de gloria ⁊ beatitudine ad quam debent peruenire. Notandum tamē secundū bonauē. in. 4. sniaꝝ. d. 20. ꝙ anime ille maiorem certitudinem habent ꝙ ille que in via sunt ⁊ illa certitudo media est inter certitudinem patrie ⁊ certitudinē vie. In patria siquidem est certitudo tentonis euacuās expectationem ⁊ timorem. In via autem est certitudo expectationis mixta timori: qꝛ quilibet labi potest dū est viator. In purgatorio vero est medio modo. scꝫ certitudo expectationis: qꝛ nondū obtinuit: sed est euacuatio timoris ꝓpter liberi arbitrij cōfirmationē: qꝛ omnino fit ꝙ deinceps peccare nō possunt: nā cōfirmati sunt in gratia: quod eis accedit ad leticiam et iocūditatem. Propterea sapientie 3. dꝛ. Spes illoꝝ īmortalitate plena est. ¶ Secūdo gaudēt anime existētes in purgatorio. propter subuentionem quādo subuenitur eis per suffragia viuorū. Quod innotescit eis tripliciter. primo diuina inspiratione. Scdo angelica reuelatiōe vt dicit. 13. q. 2. c. fatendū. tercio morientiū nouiꝫ intimatiōe Adde quarto experientie cognitione: quia ꝑ suffragia que impendūtur eis experiunt sibi diminui penā. Conueniens nā ꝙ est vt innotescat eis a quibus et que suffragia ꝓ eis fiant: vt cum de purgatorio fuerint liberate ⁊ in gloriam angeloruꝫ assūpte grās suffragatoribus suis impendāt ꝓ eis apud largissimum miseratorem omniū deum intercedentes. Non enī possibile est vt ingratitudo vel aliud quodcūqꝫ viciū locū habeat in gloria sempiterna.

¶ Tercio gaudent aīe in purgatorio propter sanctorum affectionem. Superni enī ciues orant ⁊ rogant dominū iesum christum pro illis proximis suis quos cruciari cernūt. Secūdum enim sctm̄ bonauē. in. 4. d. 45. duo inducunt sctōs orare pro his q̄ in purgatorio sunt Primum est eorum necessitas qua indigent ab alijs releuari. Secundum est dei voluntas: qui vult ꝙ vnum membrum releuet aliud. Tercium addi potest scꝫ futura iocunditas siue felicitas vt videlicet eorū gloria accidētalis augeatur: cum videant eos futuros conciues suos. Unde credendum est ꝙ angeli sancti semꝑ visitent eos et cōsolentur. Ponderare libet nichilominus in calce partis huius ꝙ infideles crudelesqꝫ ac ꝑinde reprehensibiles sint q̄ subuenire defunctis negligunt cōtempnūtue presertim parentibus ac benefactoribus ceteris

q̄z quibus spiritualiter obligā-
tur. Si quis patrem suum pro
brevi summa incarceratū ha-
beret possetq̄z eū absq̄z graua
mine immo cū vtilitate libera
re ꝛ non faceret q̄z detestabilis
esset. Et vos in eadē: sed ꝛ gra
uiori dāpnatione estis. di. pau
lo. prime. thi. 5. Si quis suorū/
ꝛ maxime domesticoꝝ curam
non habet fidem negauit: ꝛ est
infideli deterior. Quid de ha-
bentibus executoribusq̄z te-
stamentorum dicam/ cū teneā
tur strictissime si possunt ꝛ non
exequūt᷑ seu executuri demā
dant grauissime peccāt si ma-
liciose vel negligētia crassa. sē-
perq̄z sunt in mora: nec sunt ca
paces absolutionis: immo ve-
niunt excommunicandi: per c.
qui oblationes. 13 q. 2. vbi ha
betur. Qui oblationes defun-
ctorū: aut negant ecclesijs/ aut
difficulter reddunt tanq̄z egen
tium necatores excommunicē
tur. Propter que oia ad prudē
tiam spectat dum viuimus in
hoc seculo: defunctos adiuua-
re/ penamq̄z quam possumus
pro peccatis nostris exsoluere
sin autē illam in pugatorio do
lenter luemus ꝓpter quod me
rito inducimur nostre saluti ꝓ
uide consulere ex verbo assum
pto quo dr̄. Utinam. ꝛc̄.
¶ Quo ad secundam dicendo
de reddendis sibiipsi. Uiso de
sobrietate victus videndum de
moderamine habit⁹. Pro quo
premittitur illud augu. 41. di.
c. q̄sq̄s. Quid locis ꝛ tp̄ibus et
personis conueniat diligent᷑ at
tendendū est: ne temere flagi-
tia reprehēdamus. Licet siqui
dem viris ꝛ mulieribus se orna
re fm̄ decentiā sui status ꝛ eo-
rum quibus cōuiuunt cōsuetu
dines: dummō vt alexan. in. 2.
parte summe. absit libido i mē
te ꝛ scandaluz in exteriori ope
re. Sniam silr̄ habet sanct⁹
tho. 2. 2. q. 169. ꝛ hoc videt᷑ vel
le: dūmō ornat⁹ nō sit notabili
ter superflu⁹ inuerecūdus aut
impudicus. Ad haꝝ autē sniā
rum intelligentiā fm̄ sctm̄ ber-
nardinū diligēt᷑ inspiciēdū est.

Ad pretritū
Ad presens
Ad futurum

¶ Ad preteritū
inq̄z ꝯsiderādo
an talia orna-
mēta sint illicite acq̄sita vel de
illicitis vt pote per luxuriam/
per malos cōtractus/ rapinas
et huiusmodi. Talis vestis est
est leprosa: que leuitici. 13. cre-
mari iubetur. Et ysa. 9. scriptū
est vestimentum mixtum san-
guine peccati scilicet erit in cō
bustionē ꝛ cib⁹ ignis videlicet
inferni. Loquantur hic ꝛ veri-
tatem dicant singuli aduocati
causidici/ officiarij/ collectores
talliarum/ gabellarum/ peda-
giorum/ coustumarum/ et ali-
os similes. vnde proueniunt

foderature serica veluta/ ⁊ reliqua ornameta tam sua ꝙ vxorum et filiarum an ex redditibus seu stipendiis/ vel potius ex rapinis fraudibus exactionibus/ ⁊ ceterꝭ huiusmodi. Dicant secundo si nō mentientur mulieres ferentes cucufas deauratas/ cathenas ⁊ cathenulas/ anulos/ vittas/ ⁊ discriminalia caputia quoqꝫ ampla de scarleto/ cirothecas fascias/ et ceteras pompas vnde comparuerint/ ⁊ si ꝑcio sue carnis exhibite vel saltem promisse/ qđ pudet dicere. Dicant tertio domini ecclesiastici: si ex fructibꝰ beneficij humiliter ⁊ rite suscepti togas tam amplas/ colorataſqꝫ habeant: an ex beneficijs symoniace vel turpiter seu indebite obtentis. Cuilibet tam viro ꝙ mulieri tali dꝛ Jhere. 2 In alis tuis inuentus est sanguis pauperum ⁊ innocentuꝫ ¶ Aspiciendum est secūdo ad tempus presens. An videlicet talia conueniant statui persone: ⁊ que sit intentio sic deferētis. Stella enim differt a stella in claritate. prime Corin. 15. Sic vtiqꝫ quod vni conuenit / alteri nequaꝙ licet. Status namqꝫ principis a statu differt militis/ ⁊ status militis a statu mercatoris. De intentione vo qualis sit dicitur ysa. 50. Ecce vos omnes accendentes ignē scꝫ aliorūꝫ: accincti flammis videlicet luxurie estis. Nota ergo ꝙ mulier vel vir se parans seu ornans hac intētione vt alium vel aliam ad sui malam cōcupiscentiam trahat / mortale est peccatum: etiam si non sequatꝛ ruina alicuius. de pe. d. 1 c. si cui alijsqꝫ. Ibi enim est ꝓprie ⁊ per se scandalum actiuū et mortale: secūdum Alexan. Ricar. ⁊ Tho. Secūdo si sic diligit talia ornamenta ꝙ etiam si crederet proximum certitudinalitꝛ ex tali ornatu trahi ad peccatū mortale. nihilominus sic afficitur / ꝙ non curaret vt consequeretur complacētiam illam: ⁊ sic iterum est mortale. Tercio dato ꝙ nullū credat ꝓpter talia induci ad fatuūꝫ amorem probabiliter tamē credit proximos estimare se ornare proter alterius complacentiam: licet ita nō sit a parte rei tenetur tamē scandalo huius false opinionis seu suspitionis obuiare. Et qs enumerare sufficeret incommoda ⁊ peccata ex his vanitatibus prouenientia. Offendunt eni deū dampnificāt proximū: vilificātqꝫ subiectū propriū. Propterea ps. Odisti oēs obseruātes vanitates superuacue. ¶ Aspiciendū est tercio tempus futurum ad quas scꝫ expensas: ⁊ per consequēs ad que mala lucra talia

prouocet. Abyssus enim abys
sum inuocat. abyssus scz mala
rum expensarum inuocat vel
prouocat abyssum malorum.
lucrorum. Propterea p̄rie thi.
2. Uolo mulieres orare in ha=
bitu ornato. cum verecundia ⁊
sobrietate ornantes se: non in
tortis crinibus: aut auro / aut
margaritis: vel veste preciosa
sed quod decet mulieres. Sin
autem Iheronimū audiant in
epistola ad furiam. Ornatus
inquit iste non domini vel amē
est sed antichristi. Aut vestien=
dum vt loquimur: aut loquen
dum vt vestiti sumus. Lingua
personat castitatem: ⁊ totum
corpus prefert impudicitiam.
O quot lenocinia: quot proca
citates in conspectu corporis
christi: virginis gloriose ⁊ om=
nium sanctorꝝ. Juuenes vtrius
q̄ sexus sic ornatu aīas christi
precioso sanguine redemptas
nitunt̄ perimere. Usq̄quo ait
iherenias. 31. Delicijs dissol=
ueris filia vaga. Exemplo quo
q̄ talium promouētur alij ad
similia habenda. Alij vero pa
rentes verecundia ducti com=
parere nō audēt. Mala quasi
infinita ex hoc perpetrantur.
Omnibus talibus potest dici
illud apo. 18. Ne participes si
tis delictorū eius / ⁊ de plagis
eorum non accipiatis. Occur=
rit hic exemplum non tacendū
de quadam matrona seu do=
mina diuite: ⁊ pulchra nimis:
que propter eius ornatū mul=
tum visitabatur: que nulla tur
pia audire volens omībus ho
neste respōdebat. Unde factū
est vt quocumq̄ iret / demo=
nem vidit horribilem se sequē=
tem. Ad quam visionē treme=
facta sacerdoti pure ꝯfessa est
et aqua benedicta se aspergēs
crebro: sed nec sic liberata a to
to licet ad tempus eā dimiserit
que venit ad quendam here=
mitam: que oratione fusa an=
te altare diuinitus illustratus
per reuelationem ait mulieri.
Si demon amplius ad te vene
rit dicas ei Quicquid in me ha
bes ⁊ de tuo in me inueneris:
tolle ⁊ amplius non me sequa
ris. Qd̄ cum dixisset apparen=
ti demoni statim demō cuz fu
ria maxima accipiēs capillos
cum tota cute capitis / ⁊ omnī
ornatu extraxit: ⁊ eam quasi se
mimortuaz reliquit. Si huius
temporis infelicissime mulie=
res talem se seqnentē viderent
fortassis timerēt: sed certe ocu
los earum quos mundanitas
de omni re quācūqꝫ petierint: fiet illis a patre meo qui i celis est. Ubi eni sūt duo vel tres cō= gregati i noie meo ibi sū in me dio eorū. Et. 9. q. 3. c. archieps Concordia gaudet altissimus et gloriaꝛ in mēbris suis. Ra= tio qꝛ apostolo teste prie. cori. 14. Nō discēsionis est deꝰ sed pacis. q̄ vt dicitur Job. 25. facit concordiam in sublibus suis. Unde nec vota dissidentiū ac= ceptat. 90. d. c. neqꝫ ad cayn. debētqꝫ eorum oblationes re= futari. ibid. c. oblationes. veni untqꝫ si obstinati sunt excōmu nicandi. ibid. c. placuit. Qua in re pensandū est ait gregorius. 4. dyalogoꝝ vltio. cum omis culpa munere soluatur q̄ꝫ gra uis est culpa discordie ꝑ qua munus accipitur. Exemplum ostendens q̄ti meriti sit apud deum concordia. legiꝛ in vitis patrū. Qꝫ orante sācto macha rio vox insonuit ad eū dicens. Nondū ad mēsuram duarum mulierum venisti que habitāt in proxima ciuitate. [illegible] que fuisset macharius et inuenis= set eas. conuersationem earū iterrogauit. Ipse vero dixerūt q erant mulieres duorum fra trum. et per q̄nqꝫ annos simul fuerant nec verbū contenciosū fecerant nec vnq̄ꝫ aliqua earū dicto vel facto aliam cōtrista uit. Quod audiens macharius

bene edificatꝰ recessit. ¶ Pro tercio prouenit ex cōcordia tri plex fructus.

Temporalis
Corporalis.
Spiritualis.

¶ Primꝰ dicitur temporalis. Cōcordia eni ciuitates ampli= at/diuitias auget/edificia mul= tiplicat/agros seminat/pome ria colit/sciētiarum studia nu= trit/armenta pascit/matrimo nia iungit: et in terra ac in ma ri securū prebet omnibus iter. Propterea crisostomꝰ. Cōcor dia parue res crescunt/discor= dia maxime delabūtur. Sicut enim euersiones ciuitatū ⁊ de structio regnorū ⁊ diuiciarum glorieqꝫ copia deficiūt propter discordias dissētiones et guer ras. ita propter ꝯcordiam hec oia augmentanꝛ. ¶ Secūdus fructꝰ dicitur corporalis. Ho= mo enim pacifice viuēs come dit delectabiliter dormit quie te: ābulatqꝫ vbiqꝫ securꝰ. Qui autem discordias inimicitiasqꝫ sectatur semp est suspectus/sē per pauidus et oia sibi amara sūt. Prouer. 17. Animus gau dens etatē floridā facit. spiri= tus tristis exsiccat ossa. Ex con cordia insup fit cōseruatio gē= tium. et populoꝝ et mors vio= lēta nescitur: sed ex guerris q̄s enumeret quot strages quot cedes hominum sequantur.

¶ Tercius fructus concordie dicit spūalis. Homo equidem pacificus ecclie obedit/frequētat ecclias/ ꝛ rebus spūalibus deuote itēdit. Unī ē illō Mat. 5. Bti pacifici qm̄ filij dei vocabunt. Sed dum dampnato odio proximi ꝛ discordie vicio quis detinetur: salutem aīe negligit. omnesqꝫ vias ad vindicetam et offensionē proximi adhibet / nec est peccatum adeo graue: quod discordantibꝰ nō fiat facile. Ex illa siquidē proueniunt ire/rixe/odia/inimicicie/lites/cōtentiones/mendacia/periuria/blasphemie/homicidia/obstinationes et contemptus sacramentorū ecclie. O igitur infelix tēporis huius conditio in quo tot tantasqꝫ discordias regnare videmꝰ. Uix aliqua ecclia iuenit / aliqua religio/aliquod collegiū/aliqua principis aula/aliqua congregatio/aliq̄ ciuitas/ aliqua vicinia/aliqua domus/aliqua societas/aliqua parentela: i qua nō regnet dyabolus discordie. Ubiqꝫ secte/vbiqꝫ dissentiōes/ vbiqꝫ voluntatū et animorum contrarietates. Ad modicum tollerare socius nescit socium/ fratrem fratrē/proximus proximum suū. O q̄stos decepit presumptio propria et suppsius elata opinio: qui dum suas discordias ymo ꝛ odia ignita cōsiderant format sibi cōscientiā dicuntqꝫ zelo et caritate odire ac discordare. Pōderēt ꝙ vbi concordia non est non habitat ipse christꝰ. Pacē igit habete et deus pacis et dilectiōis erit vobiscū. scd̄e. corin. 13. Sic enī nostre saluti dabimus salubre remedium prout innuit assumptum verbū. Utinā saperēt. ꝛc.

Utinā saperent. ꝛc. vt sermone primo. Usqꝫ Nec mirū. Dicit enī extra vt lite nō contestata. c. qm̄ frequēter. ꝙ crescente contumacia crescere dꝫ et pena. Et de dolo ꝛ contumacia. c. 2. in glosa. per bernardum. sex modi ponuntur contumacie quorū vnꝰ est. Qui citatur corā iudice nō vult cōparere vel snie iudicis nō vult obtēperare. ff. quoqꝫ de penis. l. relegati. dicit. ꝙ contumacia penaꝫ accumulat. Quid ergo mirum si huius tēporis infelices xp̄iani peste/clade/guerra ac predicationibus et inspirationibus adeo citati nolētes ꝑ penitentiam corā eo compare re nec sue voluntati obtēperare: eternaliter excōmunicētur ac cū demonibus in infernum retrudantur. Ad vos indurati corde sit verbum hoc et resipiscite/fraudes/ludos/ extorsiones/luxurias/ac spurcitias vestras dimittite. alioquin irremediabiliter dānabimini Qđ

he vobis contingat cunctis d[r]
ex propositione assumpta. Uti
nam saperent ⁊ intelligerēt. ⁊c
Utinā saperent et intelli
ge. vbi s. Due partes.
Pria salutis querēde īductiua
Secunda vie tenēde directiua
¶ Quo ad primam. Quia vi-
so de mundi fallacitate et satis
faciendi difficultate considerā
do presentia. videndū et de pe
nitentie necessitate. merito in
primis queritur. An sine peni-
tentia peccatum remitti possit
Respondet tho. in tercia parte
summe. q. 86. ar. 2. ꝙ impossi-
bile est peccatū actuale morta
le sine penitētia dimitti. loquē
do de penitentia que est virt[us].
Offēsa enim peccati mortalis
procedit ex hoc ꝙ volūtas ho-
minis est auersa a deo per con
uersionē ad aliquod bonū cō
mutabile. per quam conuersio
nem deus dupliciter offendit.
Primo contra equalitatē ami
citie inquātū affectū debitū non
impendit ei. Secundo offendi
tur deus contra equalitatē iu
sticie inquantum debitum hono-
rem ei subtrahit. Per primam
offēsam incurrit subtractionē
gracie. per aliam incurrit rea-
tum pene. Unde queritur ad
satisfactionem diuine offense
ꝙ volūtas hoīs sic imutet ꝙ cō
uertat ad deū a quo erat auer
sa. cū detestatione conuersiōis

predicte et proposito emende.
qđ ptinet ad rationē penitētie
Circa quā tria videantur.
Peccatorum detestatio.
Alienorum restitutio.
Delictorum confessio.
¶ Pro prio de quo nūc videre
sufficiat. Debet detestatio do
lor siue displicētia salutaris de
pctō. tres hēre cōditiōes vȝ sit
Intensus. ¶ Prio ꝙ dolor
Extensus. sit intēs[us] di. Ihe.
Directus. 6. c. Fac tibi plā
ctū amarū. Et aug. hēturqȝ de
pe. d. 3. c. sūt plēs. Sciat se cul-
pabiliter durū qui deflet dāp-
na tpis vel mortē amici et do
lorē pctī nō ostēdit ī lacrimis.
Ubi qri posset si necesse sit pl[us]
dolere de pctō ꝗȝ de aliquo tē
porali incōmodo. Ad quod re
spondet scđm bonauen. in. 4.
d. 16. ar. 2. q. pria. ⁊ ricar. d. 17
ar. prio. q. 5. in rñsione tercij ar
gumenti distinguentes dupli-
cem dolorem. primus potest
dici displicentia rationis. secū
dus passio resultans in sensua
litate. i. dolor sēsibilis. Prio mō
dolor peccati debet esse maior
ꝗȝ cuiuscūqȝ temporalis corpo
ralis siue incommodi: quia ꝗȝto-
magis aliquid debet placere
tāto ei[us] oppositū dȝ displicere
sūmū aūt bonū a quo sepat hō
per peccatum mortale magis
dȝ placere ꝗȝ omia alia bona.
igr ⁊c. Preterea vt notat bōauē.

in casu quo oportet preeligere vel cõsentire in pctm siue com placentiã pcti. vel tollerãtiam pene. quilibet tenet preeligere penã quãtũcũqz. qz velle pecca re seu peccasse. ¶ Secundo au tẽ modo capiendo dolorẽ pro passione sensualitatis causata ex displicencia pcti nõ oportet hunc dolorẽ esse maximũ nec minorẽ multis doloribus cau satis ex amissione aliquarũ re rum non multũ esse magnarũ Cuiꝰ ratio est qr vires inferio res magis mouent de lege cõi ex apprehẽsione suorum obie ctorum qz ex redũdãcia supio rum viriũ. Unde talis dolor nõ sẽp est i potestate hois. et ideo non reqrit ad pnie necessitatẽ sed ad eius pfectionem. Pro clariori tamẽ intelligẽtia nota ri potest triplex pnie gradꝰ. vz

Sufficiens.

Eminens.

Superabundans.

¶ Primus quidẽ dicit sufficiẽs quia est vera displicentia ratio nis. et ista talis pnia dicit esse necessaria ad salutem. Cuiꝰ ra tio est: quia sicut dicit. ff. de re. iu. l. nichil. et extra eo. ti. c. ois i antiquis. Ois res per quascũ qz causas nascit p easdẽ dissol uitur. Si ergo pctm hz ↄtrahi in anima p cõsensũ rõnis et cõ placentiã volũtatis/ hẽat etiã displicentiã rõnis et voluntatꝫ et hec est sufficiẽs et necessaria ¶ Secundus gradus pnie dr eminẽs q est passio afflictionis in sensualitate resultans. et hic est perfectionis nõ necessitatis di. xpo. Math. 26. Spũs quidẽ promptus est/ caro autem ifir ma. Que caro qzto magis spũi dominatur sicut i hominibus carnalibus ⁊ lasciuis tanto ta lis gradꝰ difficilior est atqz re missior. Ultimus gradus pnie dicitur exuperans vel supemi nens q prouenit tam ex rõe qz ex sensualitatis afflictiõe ⁊ pas sione. Qui doloris gradus in tantũ põt augmẽtari qr omis pena plenarie ei remitteretur Quod est donũ profecto maxi mum paucis quidam cõcessũ. ¶ Secũdo dolor pcti debet eẽ extẽsus. di. ppha. ps. Dolor meus i ↄspectu meo semp. Et aug. hẽturqz de pe. d. c. Sẽper doleat ⁊ de dolore gau deat. Ubi eni culpa est infinita pnia debet esse infinita. sed cul pa vel offensa in deũ est infini ta. ergo ad condignã emenda tionem requiritur pnia ifinita Penitentia igit saltẽ dz esse cõ tinua per totũ tẽpus huiꝰ vite. Sed contra post reparationẽ sanitatis non debet homo vti medicina curatiua: sed sanita tis conseruatiua. pnia autẽ est medicina curatiua: igit non te netur homo penitere de pec-

cato post remissionē illius. nec perinde displicentia voluntatꝫ debet esse continua. Ibi queri posset. si pnia dꝫ esse continua. Ad hanc questionē respondēt plures theologi. s. sāctus tho. in tercia parte. q. 84. ar. 9. Et ricar. in. 4. senteñ. d. 14. ar. 9. q. pria. Et petr⁹ de tharātasia i. 4. d. 14. ar. 6. q. 2. dicētes ꝙ duplex ē pnia. s. iterior et exti- or. Penitentia exterior cōsistit in ieiunio. oratiōe ⁊ elemosina et hanc non oportet esse ꝯtinu am. quia secundū statū vite p̄- sentis esset impossibile cum sit necessariū hoī circa mlta alia intendere. Penitentia autem interior consistit in contritione cordis. et hec tribus modis po test considerari. s. vl scdm actū vel secundū tempus certū ⁊ de terminatū. ¶ Primo modo ac cipiēdo pniam pro dolore cor dis scdꝫ actū. dico ꝙ penitens non tenetur semper dolere. qd sic probo. Confessio et satisfa- ctio sunt partes pnie. sicut con tritio: sed non oportet semper confiteri ⁊ satisfacere. ergo nec semper cōteri. ¶ Secūdo mō accipiendo pniaꝫ ꝑ dolore cor dis secundum propositum di- co ꝙ penitentia debet esse per petua. quod probo sic. Sicut culpa est velle peccare: ita pe- nitentia est nolle peccasse. sed homo tenetur semꝑ nolle pec- care. ergo tenet etiam semper nolle peccasse. intellige in habi tu et proposito. ¶ Tertio mo- do accipiendo pniam ꝑ dolo- re cordis scdm tēpus determi natum et certū. tunc dico ꝙ pe nitens non tenet semꝑ penite re sed ad semp. i. pro loco ⁊ tpe quando. s. scdm ricar. vbis. de pctō suo ex deliberatione reco gitat. Nā tūc illd detestari te- netur. Non eni fideliter seruat reparatū fedus amicitie diuie cui actu non displicet qñ consi derat illud quod inter ipsum ⁊ deū fuit causa inimicitie. Ex his infertur correlaria que consclu sio ꝙ frequēter dolere de pec- catis est multū vtile et fructuo sum. que secundum alex. sic de claratur. Si dolere de peccatꝫ cōmissis est bonū. ergo frequē tius dolere est magis bonū et semper dolere adhuc magis.

¶ Tertio dolor peccati debet esse rectus seu recta intensiōe habitus dicēte ambro. li. de of ficijs. ꝙ intensio operi nomē i ponit. Et aristo. li. 2. de anima Omnia iuste denominant a fi ne. Ubi queri pōt. An paratus sit deus cuilibet dolenti de pec cato culpā remittere. Respon det alex. vbis. ꝙ tripliciter pōt quis dolere de peccato cōmis- so. Aut ex lesione nature. ⁊ istā pniam pōt quis habere ex so- la natura sine aliqua grā. Aut

ex offēsione maiestatis diuine et preuaricatiōe iusticie. ꝛ ista non est sine gratia/gratūfaciente vel gratis data. Et ista est penitentia vera optima et satisfactoria. Attente igitur consideret peccator qualiter deū vilipendit ꝛ contempsit. cuius transgrediēdo mandata ignorauit maiestatē/denegauit veritatē/offēdit bonitatē: totūq꜡ vniuersum debilitauit/deordinauit/deformauit. dum diuinis aduersando statutis/ipsis ac iudiciis oibus propter deū sibi seruiētibus abusus est. naturis/scripturis/iusticiis/misericordiis/donis/gratuitis/ ac premiis repromissis. Quibus diligenter cōsideratis vehemēter doleat/amareq꜡ cōpūgat/ stans cum publicano et dicēs Luce. 18. Deus propici⁹ esto michi peccatori. Et cū filio prodigo. luce. 15. Pater peccaui i celum ꝛ corā te. Et cum dauid ps. 50. Miserere mei deus secundum magnā miam tuam. Et quantū potest detestet peccatorum suorum magnitudinem/turpitudinem/ ꝛ multitudinem. deprecans deum omnipotentem vt per vulnera filii sui dignetur sibi idulgere. Jhere. 31. Statue tibi speculā/pone tibi amaritudines. Et qs tā durus nunc si sciret se morti tēporali adiudicatū suspensioni cremationi/submersioni/ aut decapitatiōi. et cognosceret p displicentiā et dolorē posse tā durā sniam euadere. quis iq꜡ tam durus q̄ nō fieret. Cur ergo sic idurant iniquorū corda vt peccata nō defleāt. cum per talē fletum: si amore dei offēsi dolendo qr offēderūt remissiōnē illius incendii euadere valerent. Sic eni dicit prosp. ꝛ habetur de pe. d. pria. c. porro illi Lacrimis ex vera cordis cōtritione fluentib⁹ extinguēt eterni ignis incēdia. Debet ꝑpterea q̄ndie vnusq̄sq꜡ christiane viuere cupiens de peccatis dolere. Ad quod nichilomin⁹ tenetur diebus dñicis. ꝛ dū accedit ad sacramentū penitentie suscipiendū. Tūc ei vt vult sco. d. 17. 4. scēti. tenetur penitēs tantam inquisitionē facere q̄ntum posset quis ponere de cōcursu circa aliq̄d arduū quod multū inesset cordi. Alias pctā relicta de quib⁹ debita examinatione preuia recordari potuisset. non obliuiose sed voluntarie celata claret. Compūgātur eya corda nostra. vt sic nostre saluti prouide cōsulamus iuxta ꝑpositū verbū. Utinā ꝛc.

¶ Quo ad secundā dicēdo de reddēdis proxio. Uiso de obedientia superiori et concordia pari reddenda. videndum de beneficientia inferiori impen=

denda. quoniã hec tria proxi-
mis debemus. Est autẽ inferi
or quisquis indigẽs cui iuxta
multiplicẽ indigentiam debe
mus beneficientiam exhibere
mlꝉtipharia presertim triplicẽ
45. d. c. 3a sunt notata m.
Subleuare videlicet egentem
Supportare ledentem.
Corrigere delinquentem.
¶ Primũ igitur beneficientie
genus de quo nũc videndũ est
dare elemosinã egenti. Quod
suggeritur ore diuio. luce. 12.
Uendite que possidetis ⁊ date
elemosinã. Facite vobis saccu
los qui non veterascũt thesau
rum nõ deficientẽ in celis quo
fur nõ approximat neqꝫ tinea
corrũpit. Ubi eni thesaurus ve
ster est/ibi et cor vestrũ erit. Et
vt notat ihero. habeturqꝫ. c. q
clemẽtiã. 86. d. Qui clemẽtiã
nõ hꝫ nec idutꝰ est viscera mie
et lacrimaꝝ ꝗuis spũalꝭ sit nõ
adiplet legẽ xpi. Circa elemo-
sinam autẽ tria sunt videnda.
Elemosine scilicet descriptio
Elemosine gratificatio.
Elemosine conditio.
¶ Pro primo notata ꝙ elemo
sina sic solet describi. Elemosi-
na est opus i quo datur aliqd
indigenti ex compassione pro
pter deum. Et nota ibi quatu-
or. Primo miseria que est mo
tiua mie. Ideo sequitur indi-
genti. Secundo misericordia
que est quedaꝫ tristicia de mi-
seria aliena cum affectu subue
niendi. Ideo sequitur ex com-
passione. Tercio effectus in re
leuando miseriam alienam. ꝓ
pterea subdiꝉ opus in quo da
tur aliquid. Quarto intẽtio re
cta: cum dicitur propter deum
Est autem elemosina in prece
pto pro loco et tempore. quan
do secundũ tho. in scda scde. q.
32. et ricar. in. 4. sẽten. d. 15. ali
quis habet superfluum extra
necessitatẽ nature. et proximũ
cognoscit i necessitate extrema
cui per alium non subuenitur.
Tali dicit ihero. 42. d. c. pmo.
Aliena rapere cõuinciꝉ qui vl-
tra necessaria sibi retinere pro
batur. Et ambro. 86. d. c. pas-
ce. Pasce fame moriẽtem quis
quis enim pascendo hominem
seruare poteris si non paueris
fame occidisti. Si vero habet
superfluum extra necessitatem
nature et status etiam si proxi
mum non cognoscat in tali ex
trema necessitate tenetur ni-
chilominus de tali superfluo
dare pauperibus. Si autem
audiat ipsum ambrosiũ. 47.
d. c. sicut hi. dicẽtem. Esurien-
tium panis est quem tu deti-
nes nudorum indumẽtum qd
tu recludis. ⁊ miseꝝ redẽptio
ẽ et absolutio pecunia quã tu
i t̃ra defodꝭ. Tãtoꝝ te ĝ iniurꝛ ẽ
scias bõa ꝗtꝭ possꝭ p̃stare qd velꝭ

¶ Pro secundo nota q̄ elemosina est meritoria ex affectu interiori ꝛ dato exteriori. licet deus in elemosina plus pēset animum benignū q̄3 datū. vt notatur. 42. d. c. q̄escamus. Si vero dubitet q̄s An magnū meritū ꝓueniat ex elemosina audiat apl̄m prie. thi. 4. Pietas ad omnia vtilis est promissionem habens vite q̄ nunc est et future. Et ihero. Non recordor me legisse mala morte mortuuz q̄ libenter pius fuerit. Ambrosi⁹ q̄q3. Sola mia comes est deffūctorū. In hac autē vita quatuor sunt effectus principales elemosine. qui oēs debēt inducere ad eā exhibendā. Primus ꝓ peccatis satisfacit que hic vel in purgatorio luere debemus. Luce. 11. Date elemosinā. ꝛ ecce oia munda sunt vobis Secūdus a magnis pericl'is preseruat. que nostris exigentib⁹ meritis incurreremus. Math. 5. Beati misericordes qm̄ ipi misericordiā ꝯsequūt̄. Terci⁹ grē bn̄dictionē acquirit ꝯseruatq3. scd̄e cori. 9. Qui sēīnat in bn̄dictiōib⁹ de bn̄dictiōib⁹ ꝛ metet. Quart⁹ p̄miū essētiale ꝛ accidētale meretur. Luce. 6. Date et dabitur vobis. Propterea leo papa in sermone. Quicquid in opera pietatis expēditur non minuitur sed augetur nec vnq̄3 apud deum perire potuit. q̄d fidelis benignitas erogauit.

¶ Pro tercio elemosine condicio notat̄ luce. 19. in dicto zachei. Ecce dimidiū bonorū meorū dn̄e do paupibus. In quo quattuor notantur. Primum est pronitas cū dicit̄ ecce. hilarē eni datorē diligit deus scd̄e cori. 9. At cōtra ꝓuer. 21. Qui obturat aurē suā ad clamorē pauperis et ipse clamabit ꝛ nō exaudietur. Secūdū est largitas. propterea dicit̄ dimidiū. Qui eni parce seminat parce ꝛ metet. scd̄e cori. 9. Ideo tobie 4. Si multū tibi fuerit habundāter tribue. Terciū est ꝓprietas pro quo dicitur bonoꝝ meorum. Ut eni dicit̄ ecclesiastici 34. Qui offert sacrificiū ex substantia pauperis quasi qui victimat filiū in conspectu pr̄is. Et pria. q. pria. c. non putanda dicit̄. Non putanda est elemosina. si pauperib⁹ dispensetur quod ex illicitis rebus acquiritur. Quartuz est pietas ibi. do pauperibus. Pro quo. ysa. 58 Frange esurienti panē tuum et egenos vagosq3 induc i domū tuā: cum videris nudum operi eū. Et ecclesiastici. 12. Da bono ꝛ ne receperis peccatorem scilicet ad fomentuum peccati. Malo enim tutius elemosina subtrahitur si de cibo securus iusticiam negligit. vt habetur 5. q. 5. c. non omnis. O q̄3ta te-

piditate his temporibus ducũ tur mortales. i quibus caritas non solũ friguit. sed vt videtur penitus est extincta. Omnes q̄ sua sunt querũt. oẽs tantũ seip sos diligunt qui revera etiã gẽ tiliũ voce confundi merito p̄nt Inquit seneca ad lucillũ. Non potest quisq̃ beate degere. q̄ se tantũ intuet̃ qui oĩa ad vtilita tes suas cõuertit. Alteri viuas oportet si vis viuere tibi. Et id in li. de btã vita. Ubicũq̃ hõ est beneficio locus est. Et ouidi⁹ li. de ponto. Regia crede mihi res est succurrere lapsis. Con ueniens homini hoiem serua re voluptas. Sed quõ darent paupib⁹ ꝓpria qui pauperes opprimendo non cessant rape re aliena. Ponderent ꝙ plerũ q̃ ex dei ira. mũdus fame ⁊ pe nuria premitur quia pauperi bus elemosina subtrahitur. 16 q. pria. c. reuertimini. Et vt ha betur Jaco. 2. Judiciũ sine mi sericordia illi qui nõ facit miaz vt sue saluti ꝓuideãt iuxta the. Utinam saperent et intelli. ⁊c.

Utinã sa. ⁊c. vt sermione ꝓrio vsq̃. Nec mirũ. Di citur enim. C. de legib⁹. l. si im perialis maiestas causã cogni tionalit̃ examinauerit et ptib⁹ q̄uis constitutis sententiã di cit omnes omnino iudices qui sub nostro sunt imperio sciant hoc esse legem non solũ illi cau se pro qua producta est. sed eti am oibus similibus causis. Et . 11. q. vltia. c. vltio. in fine dicit̃ Sub ea volum⁹ cohertione di scipline suscipi: vt ceteris metus incutiatur. Audite ergo hoc q̄ pctis estis dediti. Deus lucife rum personaliter iudicauit ꝓ pter superbiaz / adam propter inobediẽtiã / sodomã ꝓpter lu xuriam / diuitẽ epulonẽ propt̃ auariciam. blasphemũ lapida ri fecit ꝓpter blasphemiã / col ligentem ligna in sabbato pro pter sabbati violatiõem. Quid fiet modernis peccatoribus si milia vel peiora committenti bus. Amẽ dico vobis. luce. 13. Nisi penitentiam habueritis oẽs similiter peribitis. O pau perculi peccatores hic aduer tite et a peccato resiliando pe nitentiam agite proprie saluti consulendo. sententiã prenota tam exsequentes. Utinã. ⁊c.

Utinã saperent et intelli ge. ⁊c. vbi s. Due partes
Pria salutis q̄rende inductiua
Secunda vie tenẽde directiua

¶ Quo ad primam quia viso de peccatorũ detestatione. vi dẽdum de alienorũ restitutiõe loq̄ndo de pnie necessitate me rito querit̃. Unde est ꝙ aliqui conuertunt̃ et alij remanent ĩ pctis obstinati. Notat bonauẽ tura. d. 28. scdi sentẽn. recitãdo dictũ bti augu. li. de ecclia stic3

dogmatibus q in peccatoris iustificatione tria exiguntur.
Primum est gratia gratisdata li. ar. preueniens. Secundū est acquiescio li. ar. Terciū īfusio grē gratūfaciētis. Ad q̄stionē ergo dicit q ex parte dei nō ꝓuenit defect⁹ sed ex pte li. ar. diuine īspirationi nō obtēperā=tis. Declarat hoc aug. li. de li. ar. ꝛ recitaꝛ. 23. q. 4. c. nabugodonosor loquēs de pharaone et nabugodonosor: qui ambo hoies/ambo reges/ambo peccatores/ambo flagellis clemēter āmoniti. quorū vn⁹ in recordatione ꝓprie iiqtatis īgemuit. alter vero cōtra deū pugnauit li. ar. De alienoꝝ autē restitutione de qua nunc videndū tria sunt notanda. videlicet.
Necessitas.
Realitas
Fallacitas.
¶ Pro p̄rio notat sco. 15. d. 4. senten. q restitutio est agenda et de necessitate reqriꝛ omni volēti penitere q̄ aliū dāpnificat si restituere valeat. Et hoc non tanq̄ pars satisfactionis gn̄aliter vel specialiter sūpte sꝫ tanq̄ presuppositū preuium ante omnē partem pn̄ie. Ratio ad hoc est triplex scd̄m tho. I scd̄a scd̄e. q. 62.
Prima sumitur ex parte dei.
Secunda ex parte proximi.
Tertia ex parte nostri.

Qm̄ alienū detinere est cōtra legem diuinā/ꝯtra caritatem/ et contra iusticiā. Prima ratio sūpta est ex parte dei diuini vꝫ p̄cepti negatiui. Licet enī restituere scd̄m formā videaꝛ p̄ceptū affirmatiuū tm̄. scd̄m tn̄ veritatē īplicat negatiuū vtpote nō detinere iiuste alienū. quod obligat ad sēp ꝛ p semper scd̄ꝫ sco. et alios. ¶ Scd̄a rō sumiꝛ ex pte p̄ximi. Detinēs siq̄dē rē alienā iuito dn̄o et ꝯ̄ꝫ rectā rōnē noile debēte sēp est lesor ꝓximi. Eadē enī est iiuria rē alienā iuito dn̄o detinere sicut cā inuito dn̄o aufferre vt pꝫ extra de restitutione spoliatoꝝ. c. sepe. vbi ait glosa: q iura pro eodem reputant auferre et iniuste detinere. ¶ Tertia rō sumiꝛ ex parte nr̄i. Nā scd̄m sco. vt hō vere penitere possit stati cessandū est ab actu cuiuscūq̄ pcti tā exteriori q̄ interiori. ꝯ̄m illud eccle. 21. Quasi a facie colubri fuge pctā. Propterea aug. habeꝛ q̄. 14. q. 6. ca. si res. Si res aliena ꝓpter quā pctm̄ est reddi possit et non reddiꝛ pn̄ia nō agiꝛ sed simulaꝛ. Si autem veraciter agiꝛ nō dimittiꝛ peccatū nisi restituaꝛ ablatū si restitui pōt. Hinc est illud vulgare gallicanū ꝓuerbiū. Il fault rendre ou pēdre ou la mort dē fer attendre. Ubi ponderandū q si assit restitu. ēdi facultas nō

sufficit voluntas. Ut eni notat sco. sicut nullo tpe licet mortaliter peccare. sic nunq3 lz alicui inuito dno alienu detinere. Un quadmodu detinens adulterā in camera nullius partis pnie capax est. 24. q. 2. c. legat. sic nec iniuste detinēs alienū. Cōsonat tho. scda scde. Et hoc notare debent sacerdotes cōfessiones audientes. ¶ Pro secundo. Ad vidēdū de qua re sit facienda restitutio. Juxta multiplicē dāpnificationē mltiplex dampni reparatio est ponēda Qui eni primū spūaliter dāpnificauit ad malū inducendo. tenet qntū valet a malo retrahere. qui a bono retrahendo ad bonum inducere. qui malū exemplum dando exempla virtuosa prebere. Qui autem proximū corporaliter dampnificauit percutiendo/ vulnerando/ mutilando. tenet ad expēsas/ ad interesse/ ad placationem lesi: vt habet extra de iniurijs et dāpno dato. c. si rixati. Qui vero verbaliter dāpnū intulit. si contumelia: tenetur lesū placare: si detractione famā p posse reparare: si susurratiōe amiciciam reformare. Uerūtamē precipue et si breuiter loquendū de reparatione dāpni rerū tēporaliū. p quo occurrit rla sco. 15. d. li. 4. fēten. q quicūq3 aliquē dāpnificauit vl ei9 dāpnificamini vere vel interpretatiue causā efficacē tribuit restituere tenet. Prestat autē causa efficax triplicit qmaxie vz.

Precepto

Consilio.

Negligentia.

¶ Precepto seu iussione. cū habens auctoritatē precipiēdi super alios: vt prelatus ecclesiasticus/ dns terrenus/ magister parentes et siles. si talis precipit rapere/ incendere/ percutere/ occidere/ opprimere/ decipere/ iniusticiā facere. licet p se illa non faciat tenetur reparare. magis eni re9 est q ille qui facit. Qui facit p aliū est peride ac si faciat p seipsū extra de re. iu. li. 6. ¶ Secundo cōsilio seu auxiliatione. Nam quicūq3 dederit consilium ad iniusticiam quācūq3 i artibus mechanicis causis iudiciarijs/ mercantijs falsis testimonijs et similibus. si ex hoc secuta est iiusticia tūc consiliator ad restitutionem tenetur. Nam facientem et consentientē par pena constringit 2. q. prima. c. notum sit. in fine. ¶ Tercio negligētia seu remissione. qn quis in ptāte cōstitutus mīme ipedit dāpnificationē quā videt. ⁊ ipedire ht ⁊ dz tenet siquidē tūc ad restitutionem. Ut enim dr. 83. d. c. error. Error cui non resistit approbatur et veritas cum minime

defensaꝝ opprimiꝝ. Negligere quippe cum possis perturbare ꝑuersos. nichil aliud est ꝙ̄ fa= uere. Audiant hoc alienū deti nentes quōcūq̃ per fraudes/ cauillationes ⁊ falsificationes per minas/rapinas/ ⁊ extorsio nes: aut alias indebite. Et non solū detinētes sed etiā eorū he redes. Hereditas enim transit ad heredes cū onere suo diciꝝ extra de vsurꝫ. c. tua nos. Et nō solum qui habuerunt sed etiā qui maliciose dāpnificauerūt. licet eis nichil vtilitatis accide rit qui. s. facto cōsilio precepto auxilio scripto fauore. vel alio quocunq̃ modo dant causam efficacē. i. sine qua tale dampnū non cōtigisset. Oēs ei tales prestantes causā efficacē inso lidum restituere obligantꝝ per illam regulā famosā extra de iniuriis et dāpno dato. c. si cul pa. et. ff. de vi bonoꝝ raptoꝝ. l. pretor. Qui occasionē dampni dat dampnū dedisse videtur.

¶ Pro tercio deceptiones qui bus dyabol⁹ illaqueat pecca= tores ne faciant restitutiones condignas sunt tres precipue

Dissimulatiua.

Diminutiua.

Distributiua.

¶ Prima dicitur dissimulati= ua. Nam quidam et si intēdāt restituere aliena: vt aiūt nūq̃ tñ hoc faciunt. sed restitutionē illā inuito dño faciunt differrē dam q̄ntum possūt auctoritate propria dilationē accipientes qui semꝑ sunt in mora. Habeꝝ autē extra de re. iu. li. 6. Mora sua cuilibet est nociua. Here di bus suis on⁹ tandē relinquūt quasi heredes sui⁹ eoꝝ salutem plusq̃ ipsemet cupiāt. Per hoc inquit angelica. non est talis ī via salutis. et si sic moriꝝ oīno dampnabiꝝ nisi ex causa legi= tima faceret. A fortiori dampnabūtur qui dū grauiter infir mantur proponūt aliena resti tuere si contingat eos mori nō autē si mortē euadāt. Hac igi tur suggestione dyabolica de cepti relinquunt substantiam filiis suis. que non solū est cau sa dampnationis sue sed et fi= liorū. Contingit eni sepe ꝙ ma le ablatoꝝ heredes non curāt illa satisfacere eo ꝙ ab ipis nō sūt impie acquisita. cum tamē teneantur restituere oīa male ablata. q̄ ad eos peruenerunt. 16. q. 6. c. si epm. de raptorib⁹ c. in litteris. ⁊ de sepul. c. finali.

¶ Secunda diciꝝ diminutiua seu placatiua. Diminute enim soluūt placādo exteriores cla mores quasi fingendo nō pos= se plus soluere vel retinēdo a= liquam partē ex ꝓcēsu extorto timore vel falsitate nō attendē dētes ꝙ talis ignorātia ⁊ coa ctio. causat inuolūtariū. 3. ethic.

Plerisq3 enī debitores q̄ per il
licitos contractus atq3 vsuras
aliena occupauerint vbi de cul
pa sua debuerunt humiliari ⁊
de iniuria illata creditorib⁹ ve
niā postulare. ecōtra q̄dā ista
ta arrogantia dicūt eis. Si nō
fuissem perisses tu et familia
tua fame. et taliter eis minant
vt eis tacere necesse sit. et bo=
na sua nō repetere. Et hac fal=
lacia decepti miseri pctōres cū
debeant restituere aliena paci
ficant solū clamores extiores.
De clamore autē proprie con
scientie. que eis ꝓpinquior est et
eos sequit vsq3 ad iudiciū sem
piternū nichil curant. Si quā=
do tamē de alienis eos remor
deat consciētia sua. ex quo cre
ditores nihil ab eis petūt illis
satisfacere minime curant.

¶ Tercia dicit distributiua q̄
est illorū puta raptor̄ et vsura
riorū q̄ cū aliqua certis ꝑsonis
restituere obligent volunt ipi
as causas dispēsare. vel erige=
re et dotare capellas. vel fūda
re anniuersaria. vel multiplica
re calices cū signis suis ⁊ huius
modi. Dehinc vadūt ad indul
gencias et confessores ebetati
eis tricēnaria iniūgūt. ad q̄ di
cenda se paratos offerūt qua
si sic debita fieret restitutio Sz
audiāt tales quid scriptura di
cat. Eccle. 34. Qui offert sacri
ficiū de substātia paupis qua
si q̄ victimat filiū i cōspectu pa
tris. Et pria. q. pria. c. nō putā=
da. dicit grego. Non putanda
est elemosina si pauperibus di
spensēt quod ex illicitis rebus
acquiritur. Per talia eni dona
nō liberanter ab obligatiōe re
stitutionis si dāpnificati vel eo
rū heredes possūt bono modo
inueniri. Sin autē saluator suc
cedit in suis mēbris paupibus
quibus dz distribui de cōsilio
boni viri: vt notat tho. in scda
scde. q. 62. ar. 5. Facit. c. diuine
87. d. c. finale. 6. q. 3. ⁊. c. primū
de raptoribus. Cūctis eya pro
pulsis ipedimētis restituri de=
bite pctōres intendāt sue salu=
ti prouide consulendo. Juxta
optatiuā propōnē assūptam.
Utinam saperent et intelli. ⁊c.

¶ Quo ad secundam. Uiso de
beneficientia proximo egenti
exhibēda. videndū de ea que
proximo ledēti debet. De qua
Math. 5. saluator. Diligite iīct
inimicos vr̄os bn̄facite his qui
oderūt vos. Et ꝓuer. 25. ac ro
ma. 12. Si esurierit inimic⁹ tu⁹
ciba illū. si sitit. potū da illi. Et
leuitici. 19. Nō q̄ras vltionem
nec mēor eris iiurie ciuiū tuor̄
hinc grego. Miles dei ⁊ scutū
paciētie dz anteferre ne peat.
et ad preliandū prōptus amo=
ris inferre iacula vt vincat. Cu
ius armature sūmā paul⁹ bre
uiter isinuat dicēs. Caritas be=

nigna est/patiens est. Cũ vero vnũ ex vtroqꝫ defuerit caritas non est. si vz malos absqꝫ beni-gnitate tolleràs non amat. aut rursus sese sine paciencia exhibẽs negligit tollerare q̃s amat hec ille. De ipsa autẽ inimicorum dilectione tria sũt vidẽda

Causa
Fructus
Modus.

¶ Pro primo ad dilectionẽ inimicorũ tria nos inducere debent ¶ Primũ est preceptio diuinalis. Math. 6. Si nõ dimiseritis hoibus pctã eorũ: nec pater vester celestis dimittet vobis peccata. Ubi aug. in sermone. In manibus ei nostris et arbitrio posuit de⁹ vt saluemur aut dãnemur. Dimitte et dimittetur tibi. Et cyprian⁹. Excusatio ei tibi nulla est. in die iudicij cum scdm sniam tuã iudiceris. ꝛ qd feceris ipse patiaris. ¶ Scdm est ostẽsio exemplaris christi. s. dñi nr̃i qui exẽplo firmans qd verbo docuit. ꝓpter nimiã caritatẽ suã qua dilexit nos. cum inimici essem⁹ ꝓ nobis in cruce moriẽs ꝓ suis tũc crucifixoribus exorauit. De q̃ dicit bernardus in sermone. Christus flagellis ces⁹/spinis coronat⁹/clauis cõfossus / os suũ nõ aperuit in maledictione: sed ait. pr̃ ignosce illis. ¶ Terciũ est offẽsio fraternalis. Ut eni dicit ihe

roni. Si quis te offenderit facile dimitte illi. conscius eni tibi es. q͛ et alios offendisti multotiens. Nec est dedecus hoĩs si non vult maculare man⁹ suas seu inquinare se vindicãdo. vel os suũ cõuiciũ pro cõuicio reddendo. ymo honor est et signũ nobilitatis. presertim cum de⁹ qui de facto inimici magis offenditur dissimulet vindicare. Eccle. 23. Magna gloria est sequi dñm. ¶ Pro secũdo fruct⁹ dilectionis inimicorũ ꝑcelsus est multiplex qꝫ preserti triplex Multũ quid valet ad spũaliũ vulnerũ sanationẽ. di. sal. mat. 6. Si dimiseritis hoibus pctã eorũ: dimittet ꝛ vobis pr̃ vr̃ celestis pctã vestra. Propterea ꝗ quod sermõe augu. Ego inq̃t ad dilectionẽ inimicorum vos moneo: quia ad sananda pctõrũ vulnera nullũ medicamẽtũ vtilius esse cognosco. Ipsa etiam multũ facit ad bonitatẽ cumulũ et ꝑfectionẽ. Unde mat. 5. post illud. Diligite inimicos vestros. subdit. Estote perfecti sicut et pater vester celestis ꝛc. Ideo aug. Magnificentissime bonitatis est. vt tuũ quoqꝫ inimicum diligas. et ei qui tibi malum vult. et si potest facit. tu semꝑ bonũ velis atqꝫ facias cum possis. Item magnã meretur mercedẽ et premiationẽ Luce 6. Si diligitꝭ eos qui vos

diligũt que vobis est gr̃a. Ue-rũtamen diligite inimicos ve-stros. ⁊ erit merces vr̃a multa et eritis filij altissimi. Ubi aug. Quanta gr̃a ꝑ nos serui digni non sumꝰ et inimicorũ dilectio ne filij dei efficimur. Et iterũ. Si inimicos dilexeris: nõ solũ amicus sed ⁊ filiꝰ dei esse mere beris. Ro. 8. Qz si filij et here-des. heredes quidẽ dei cohere-des autẽ xp̄i. ¶ Pro t̃cio. Mo dus diligẽdi inimicos a varijs varie tradit̃. Dicit eñi petrus de tharantasia qui ⁊ innocẽtiꝰ quintus. d. 30. tercij senten̄. q̃ offensã inimici sequunt̃ tria. s. rancor in aio/indignatio in si-gno/emenda in facto. Primũ de necessitate salutis tenet̃ sẽ-per quilibet dimittere. Secun dũ de superogatiõe nisi vellet inimicus satisfactionẽ offerre ⁊ culpã cognoscere. tunc enim de necessitate opporteret indi gnationẽ ĩ signo dimittere. Si tamen quis timeret de recidi-uo: nõ tenet̃ cũ eo de cetero fa miliariter cõuersari. Tercium ꝓ nullatenꝰ tenet̃ dimittere. Tho. quoqz in scd̃a scd̃e. q. 25. dicit q̃ dilectione gñali tene-mur inimicos diligere affectu. eos ab oratione generali non excludendo: ac p̄pti eẽ in vo luntate q̃ si necessitas appa-reret: eis in effectu subuenire vellemꝰ. Sco. vero p̄fata d. 30 tercij senten̄. dicit sic. In prece pto dilectiõis ĩimicorũ plꝰ ꝓhi bimur odire seu malũ optare q̃ȝ diligere. Nõ odire eñi est p̄-ceptũ negatiuũ obligans pro semꝑ. Nullo ergo pacto p̃lo lz alicui viatori optare dampna tionẽ vel carentiã bonorũ ne-cessariorũ ad salutẽ cõsequen-dam. Non ergo secundo licet optare mortẽ nisi ĩ duobus ca sibus. vz si dei honorẽ/bonum cõmune/vel dei seruitores im pedirent: vel si essent ĩ malicia ꝑmãsuri. Nõ t̃cio lz eis optare dãpnũ ĩ corpore fama vl̃ rebꝰ cã vindicte vel odij. sz soluz cã satisfaciẽdi ꝓ pctõ p̄terito. vel cauendi a futuro. vl̃ magꝫ pla cẽdi deo Aduertãt hoc singuli q2 vnica volitio sola delibera-ta cã odij dampni ꝓximi sui in aĩa corpore vel fama seu rebꝰ non scd̃m ordinẽ iusticie pctm̃ est mortale. scd̃m tho. in. 2. 2. Et quotiens replicata totiens erit pctm̃. Utinã cõsiderarent statũ inimici sui. Qui eñi tibi in iuriatꝰ est et nõ vult satisfacere est quasi ĩsanꝰ. manꝰ in se iiecit qñ tibi iiuriã ĩtulit. ymo ẽ spũa liter mortuꝰ. Iuxta illd̃ sapiẽ. 16. Homo per maliciã occidit aiaz suã. Magna crudelitas ẽ ĩsanire in fratrẽ suũ mortuum cui cõpassio debet̃. Crudelio-res fuerunt qui primo mortuo nõ pepcerunt q̃ȝ q̃viuẽtẽ leserũt

Debet⁹ est velle se vidicare de mortuo. Propterea sũme caueamus ne vnq̃ inimicos odio habeamus sed potius diligam⁹ nostre saluti puidẽdo vti verba assũpta resonãt. Utinã. ꝛc.

Utinã. ꝛc. vt sermõe prio vsq₃ Nec mirũ. ff. de officio presidis puincie. l. illicitas. Medico imputari nõ debet p cuius operã nõ stetit si languidus nõ cõualuerit. Extra quo q₃ de re. iu. li. 6. dr. Imputari non dz ei per quẽ nõ stat si nõ faciat qđ p eũ fuerat faciendũ Ad induratos pctõres sit v̈bũ istud. Prohibet expert⁹ medicus patiẽti ne vinũ bibat/ ventũ capiat/ carnes comedat/ fructus gustet/ pisces manducet. Quis languidus si sanari cupiat ꝯtrariũ faciet. O pctõres infelicissimi hoc verbũ penetrate. Prohibet ille celestꝫ medic⁹ q̃ ait Math. 9. Nõ est opus valentibus medicus sed male habentibus. prohibet inq̃ vobis ne vinũ voluptatis bibatis. ne vẽtũ vanitatis capiatis. ne carnes crudelitatis p odiũ rancorem vel detractionem voretis ne pisces gulositatis sumatis obtemperare nõ vultis. Quid vos manet nisi vt moriamini ꝛ dãpnemini cum dicat paulus Rom. 6. Finis illoꝝ mors est. Et stipẽdia peccati mors. Qđ ne contingat. medicinã curatiuã sumite vestre saluti cõsulite prouidendo optante themate Utinam saperent et intelli. ꝛc.

Utinã saperẽt ꝛ intelligerent. ꝛc. vbi s. Due ptes. Pria salutis q̃rende inductiua Scda vie tenende directiua.

¶ Quo ad primã qꝫ circa penitẽtie necessitatẽ. viso de alienorũ restitutiõe. videndum de peccatorũ cõfessione merito in primis queritur. An per sacramentũ penitentie remittat culpa et ꝯferat gratia. In. d. 14. 4. senteñ. magister innitens q̃bus auctoritatibus sapere voluit q₃ sicut olim sacerdos legalis se habebat i leprosis mũdãdis nõ q₃ absolute mundaret a lepra sed solũ ostẽdebat mundatũ. sic sacerdos euangelicus non remittit culpã nec mũdat lepram sed tantũ p contritionem ostendit mũdatã. Si hoc verũ esset contritio exñs in aia nõ sit pars sacramẽti pnie. qđ est signũ sensibile nunq̃ sacramentũ pnie esset secunda tabula post naufragiũ. cui⁹ tamen oppositũ dicit ihero. ad demetriadẽ. Dicit ergo scо. d. pred. li. 4. senteñ. q₃ p sacramẽtum pnie hoc est per sacrame[...] absolutionẽ factã ab ydo[...]o ministro. ex opere opato m[...]i sterialiter tamen / dummo[...]o non ponatur obex. et quis d[...]leat licet impfecte de pterit[...]

proponat abstinere in futuro /
vere culpa remittit / pena eter
na in temporalem commuta=
tur/ ⁊ gratia diuina infundit.
Et hoc est necessariū pctōib⁹:
quia paucissimi sunt qui displi
centiā sufficientē habeāt: vt ex
opere operāte remissionē per=
cipiant. De ipsa autē confessio
ne peccatorū tria notent q̄ sūt
Necessitas.
Modalitas
Fallacitas.
¶ Pro primi declaratiōe notā
de sunt tres cōclusiones. Pria
est affirmatiua talis. Ad salu=
tē cōsequendā sufficit rite et le
gitime confiteri. et a sacerdote
valente et potēte absolui. Pro
bat ꝑ illud verbū Jo. 20. Quo
rū remiseritis pctā remittūtur
eis. Uñ et ābro. i sermōe q̄dra
gesime ⁊ notat de pe. d. pria. c.
Ecce nunc tēpus acceptabile
adest. i q̄ ꝯfessio aiam a morte
liberat/ ꝯfessio apit paradisū /
cōfessio spem saluandi tribuit.
¶ Secunda est negatiua talis
Lege posita nullus valet salua
ri nisi rite ꝯfiteat / si adsit facul
tas. Ptz hoc euidēt. ꝓuer. 18.
Dic tu prior iniq̄tates tuas vt
iustificeris. De pe. d. q̄cq̃. d. pria.
c. nō pōt. dicit ambro. Nō pōt
q̄sq̄ a petō iustificari nisi pec=
catū ante fuerit ꝯfess⁹. Et ibid
c. non pōt q̄s. dicit crisosto. Nō
potest quis gratiā dei celestis
accipere: nisi purgatus fuerit
ab oī sorde pcti per pnie cōfes=
sionem. ¶ Tertia cōclusio est
quasi correlaria talis. Magna
vesania est existēti in peccato
mortali ꝯfessionē dissimulare:
cum sit snīa mortis eterne lata
contra eū. quam tortor inferni
hauddubiū cito executiōi de
mandaret. si diuina pietas nō
impediret. ⁊ si veniat mors re
pentina vix in tali articulo sic
dissimulās fructuose penitebit
Preterea q̄ diu stat in peccato
mortali est inimic⁹ dei/ est ser=
uus ymo filius dyaboli/ est im
potēs facere opera meritoria
premij eterni: est odiosus toti
curie celesti. et demergit in ꝓ=
fūdū baratri. Qz si dicat aliqs
ꝑsūptuosus etiā si veniat mors
repentina et minime valuero
cōfiteri: saluabor nichilomin⁹
dolendo de pctis cum ꝓposito
ꝯfessionis. Nescio si cogitabis.
vel etiam si dolueris peccasse:
dubito q̄ solū timore pene q̄s
insufficiēs est ad salutē. Plus
non ois displicētia cū ꝓposito
confessionis liberat. posset eni
tam debilis esse vt regulariter
accidit q̄ sine auxilio sacramē
ti pnie in actu minime suffice=
ret ad salutē. Alias i huiusmo
di suppletionē frustra istitutum
esset pnie sacramentum: vt tra
ctat doc. sub. 4. sēteñ. d. 14. q.
vlt. ar. 3. ¶ Pro scdi declaratio

ne ad cōfessionē salutarē inter alia requirit q̄ pro conscientie examinatione debita diligētia tanta secūdū sco. q̄sta pro re q̄ multū cordi esset premia peccata sua quecūq; mortalia humiliter et dolenter. pure nude et itegre. sine duplicitate sine mēdacio sine excusatiōe sacerdoti penitēs pro posse ostendat. alioquin nō potest remissionē percipere. di. boetio. li. de consolatione. Si operā medicātis expetas oportet vt vulnus detegas. Christus eni totum hominē sanū fecit in sabbō. Jo. 7 Uerūtamen dubitari potest.

¶ Primo circa peccata notoria. An vz debeant cōfiteri. Et respōdet bonauē. d. 17. 4. senteñ. q̄ sic. Tum ex parte audiētis quia peccata publica q̄uis sint manifesta sacerdoti sicut hoi non tamē sicut vicario dei Et vt dicitur. 3. q. 7. c. iudicet. Judex debet iudicare scdm allegata. Tum ex parte confitentis: quia per suā humilem confessionē habet iustificari. Unde de pe. d. pria. § alij. Dic tu prior iniq̄tates tuas vt iustificeris. ¶ Scdo dubitari potest circa pcti circūstantias: an sint cōfitende. Dicit idē sctūs bonauē. p̄fata. 17. d. 4. sēteñ. q̄ q̄dā sūt circūstātie alleuiātes pctm̄ vt si quis peccat cū alio ab eo prouocatus. et tales non sunt dicende: nisi forte ad satisfaciēdū inquisitioni. Quedā aggrauantes pctm̄ vt si quis lusisset ad taxillos multum libenter: et tales non sunt cōfitende de necessitate sed de cogruitate. Alie trahentes ad aliud genus peccati. Aliud est eni peccare cū soluta/aliud cum coniugata: et has confiteri est necessarium.

¶ Tertio dubitari potest circa pctā venialia. An expediat illa confiteri. Et de hoc dicit sctūs bonauē. vbi s. q. pria. q̄ cōfiteri venialia nō est preceptū eo q̄ absq; cōfessiōe multipliciter remittunt: vtpote p dignā eukaristie sūptionē/aq̄ bñdicte aspsionē/elemosinarū largitionē/ dñicā orōnē/et deuotā pectoris tonsionē. Jn casu tamen cōtingit q̄ hō teneat venialia cōfiteri: siue propter dubiū vt q̄n quis pbabiliter de aliquo peccato dubitat vtruz sit mortale vel veniale. siue pp̄ter statutū sicut de cōfitendo semel i anno vel de religiosis. Dehic vt notat augu. de pe. d. 5. c. cōsideret Ponat se. s. penitens oino i potestate iudicis in iudicio sacerdotis: nichil sibi reseruans sui. vt omnia eo iubente paratꝰ sit facere pro recipiēda vita aie. quecunq; faceret pro euitāda corporis morte: et hoc cum desiderio quia vitam recuperat infinitam vt deus. Cum gau=

dio enim facere debet immortalis futurus: que faceret pro differenda morte moriturus. Hec ibi. O quid fieret pro morte corporis euitanda. Si enim infirmus consilio medici multis dieb⁹ a vino abstinet/reclusus in domo quiescit/substãtiam multam in medicos exponit/multas insuper molestias sustinet/mulier etiam pro sanitate capitis capillos radi permittit. quid debet facere quilz ꝓ salute anime/nõne abstinentias assumere procacitatem dimittere/aliena restituere/indulgentiam petere/capillos adulterinos deponere: ⁊ alia queqꝫ merito pro sanitate anime facere debet. di. chriso. de pe. d. 3. c. Perfecta penitentia cogit peccatorem omĩa libẽter sufferre.

¶ Pro tertio quandoqꝫ est necessariũ reiterare cõfessionem ⁊ dicere illa eadem peccata in numero que quis fuisset cõfessus maxime propter tria.

Propter negligentẽ electionẽ.
Propter cõfessionis diuisionẽ.
Propter malicie cõtinuationẽ

¶ Primo qñ quis est negligẽs querere sacerdotẽ peritũ ⁊ absoluendi auctoritatẽ habentẽ. et cõfessus fuisset alicui qui eũ aut nesciuit aut non potuit absoluere. Talis ꝑfecto cũ primũ sibi cõstat de impitia ⁊ facultate sacerdotis cui confessus est et de negligentia propria quia magis sufficiẽtem querere noluit: tenetur eadẽ peccata numero ↄfiteri sacerdoti discreto et eum absoluere valenti. Propterea de pe. d. 6. c. q̃ vult. dicit augu. Qui vult ↄfiteri pctã sua vt inueniat gratiã: q̃rat sacerdotẽ scientẽ ligare ⁊ soluere. ne cũ negligẽs circa se extiterit/ negligatur ab eo q̃ eũ misericorditer monet et petit/ne ambo in foueã cadãt: quã stultus euitare noluit. Hec ille. Qui autẽ negligenter eligit cõfessorẽ nesciẽtẽ declarare materias ambiguas confitentis est in magno periculo.

